
(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quaestiones dubitabiles super quattuor libris sententiarū cum quaestionibus solutiuis Magistri Thomae aq/ trabatē sis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

MARIANVS ACCARDVS NETINVS IVSTINIANO DEODATO PRAECEPTORI CIVIQVE SVO.S.

QVemadmodum hominum improbitas optima quæq; deridet: ita & probitas laudare nõ desinit, Hoc ipse cum sæpe tum nunc potissimum expertus sum illuminati doctoris arti penitus additus. Nam ut q̃plurimos meæ sententiæ refragãtes: ita & multos maxime suffragantes reperio. Inter quos tu præceptor optime pro tua in omnes gemina probitate extitisti non modo artis studiosus uerũ etiam fautor defensorq; acerrimus: & qui nõ dubitaueris pudorem detracto ribus imponere. Præclare quidem nobiscum agetur: si paucos tui simillimos ideſt optimos eruditosq; habuerimus patrocinãtes. Tantũ enim abest ut mihi uulgi suffragia placeant: ut artem hanc ob id etiã nullo non præconio dignã ducam qd uulgo displicet. Tu uero ne sentẽtia decedas Deodate doctissime: sed adeo datã artẽ (ut cætera soles) sicienter amplectere. Nemo est nescius te breui ad sũma euasurum multiiuga doctrina: & ingenio pœne dixerim diuino pollentẽ. Nec te ab instituto deterreat q̃ iam tua cyaneas imitantur tempora plumas: cũ multi ætate ad senectam properãte uel sine litteris quod animo cõcipis sint adepti. Cuius rei Petrus daguinus mediatus: & Iacobus ianuarius nostri optimi præceptoris imediatus præceptor testes sunt locupletissimi. Quoq; prior trigesimoseptimo ætatis suæ anno cũ uix prima hausisset ælementa remisso (ut ait) studio septem mensibus. Diui Raymũdi scriptis incubuit cuius opera. (& si tota pœne Italia uerbo eum est experta) quãtum uir ille præstare potuit præsefeiunt. Alter cũ septem peregisset lustra a litteris penitus alienus nulli: ut scriptis eius est uidere est postponẽdus. Tu uero patriæ nostræ decus qui prosa: & uorsa oratione cũ ipsa certas antiquitate facillime quod indocti si perrexeris cõsequeris. Sed ut amor in artem qui iam pridem tibi excubuit augeatur. En. tibi quæstiones a nostro illuminato doctore æditas ĩ quatuor libros sentẽtiaq;: breues quidẽ: sed abstrusima quæq; enucleãtes. Quæ cũ plurimis scateret calcographoq; incuria mẽdis p̃ceptor meus imediatus: iis qui libros excudũt formis: uenetias misit imprimendas quæ utinã ex sententia formis exprimãtur. Scripsẽrũt in libros quoq; memini uiri clarissimi pœne innumerabiles inter quos nr̃ doctor micat; (absit inuidia uerbo) uelut iter ignes luna minores. Tibi iure libellũ nũcupamus arti nr̃æ non iniuria studiosissimo de meq; optime merito. Nec in hoc latinitatem requras: cum fucata oratio sit a pho theologoq; abhorrens: & ut ait ille ornari res ipsa negat contenta doceri. Suscipe igitur læto uultu donũ hoc corpore quidẽ paruũ: sed qd maxima quæq; contineat: & nostro cũ Theseo. i. Petro buxema sacerdote: ut optimo: ita & maxime lr̃ato in arteq; Tyrone: libellũ hũc ab iniuidis assere. Vale Panhormi. x. Kalen. maias M.ccccc.vii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶ Deus qui es ſummus in omnibus bonis ad tuam laudem:& honorem in. cipit diſputatio Hæremitæ & Raymũdi ſuper aliquibus dubiis quæſtionib⁹ ſententiarum magiſtri Petri lombardi.

Aymundus Pariſius ſtudens ſtatum huius mundi cõſiderans multum doluit: & ſuper hoc potiſſime q̃ ipſe per artem generalem (quam ſibi dñs deus pro ſæculi huius tenebris illuſtrandis contulerat) Rem xpi eccleſiæ publicam promouere nondum potuit:ut optabat:ſic ergo triſtis tædioq̃ affectus quadã die ciuitatem exiuit ambulauitq̃ ſup̃ rippam fluminis Secanæ cauſa requirẽdi remedũ ſup dolore ſuo:& tædio ſi deus ſibi forſitan dare uellet.Cõtingit eũq̃ ſic uenire ad quandã arborem ſub cuius umbra quendam hæremitã ſedẽtem reperit:& legentem in quodã libro: quẽ cum Raymũdus humiliter ſalutaſſet reſedit iuxta eũ querẽs ab ipo quis eſſet:& de quo erat liber in quo legebat.Reſpõditq̃ ei dicens q̃ ipſe erat hæremita:& q̃ ipſe diu Pariſius ſtuduerat in theologia ad hoc:q̃ ipſe cum libris in quibus ſtuduerat deum melius poſſet cognoſcere:& amare:& ad hoc ſpecialiter ſe in quodã loco ſolitario ſtatuit fieri hæremitã perpetuo. Verũtamen quia in iſto (inquit) ſcripto ſuper libros ſentẽtiarũ ædito: qd' nunc lego quaſdam dubias:& difficiles q̃ſtiones inuenio quarũ ueritatem uidere neſcio ſum ualde afflictus in tantũ:q̃ in aliis q̃ſtionibus quas de deo intelligo quieſcere minus poſſum. Audiẽs hæc Ray.diutius ſtetit tacẽs.Cui hæremita dixit:Ray.in quo cogitas:ſeu cõſideras.Rñdit Ray.cogito inquit de quadã arte generali quã mihi deus in quodam monte oñdit cum qua libenter ad honorẽ dei:& ad ueſtram pacẽ temptabo ueſtras ſoluere q̃ſtiões.Ray. dicit Here. rationes dubitabiles & magis ut exiſtimo difficiles circa libros ſententiarũ q̃ ſunt cẽtum quadraginta ſup qbus rogo te q̃ tu uideas ſm tuã artẽ ſi ex ipſis ueritatem neceſſariã mihi poſſes oſtendere multũ enim hoc ſcire deſidero quod ſi feceris mihi:& pluribus aliis ex hoc proueniet magnũ bonum.Ray.ait.ad dei honorem:& ex debito charitatis quæ nobis omnibus eſt neceſſaria ad ſalutẽ tibi in hac parte cupio obedire:& iuxta meũ poſſe cum dei auxilio per artẽ prædictam ueritatem de cõcluſionibus inquirere ſupradictis.Verũtamen oportet q̃ inter te: & me ſit talis ordo uidelicet:q̃ tu primo qõnem proponas.Et ego poſtea ipam ſoluã & q̃ tu rurſus ꝺligendo ueritatem contra me arguas: & q̃ ſic ego rones tuas ſoluam cũ principiis dictæ artis.Ray.ait hæremita:quæ ſunt principia tuæ artis?Ray. rñdit.principia p̃dictæ artis generalis ſunt hæc.Bõitas:magnitudo æternitas ſiue duratio:poteſtas:ſapiẽtia:uoluntas:uirtus:ueritas:gloria: differentia:cõcordia:cõtrarietas:principiũ:medium:finis:maioritas: æqualitas:& minoritas.Per iſta.xviii. principia generalia miſcẽdo unum principium cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

alio:& respiciendo significationē illius mixtionis: applicādoq; illius mixtionis significationē ad propositum sicut in arte illa plenius tradit: ueritas quæ q̄ritur inuenitur. Valde placuerunt ℟eremite hec uerba Ray. qui dixit tunc. ℟eremite anteq̄ ipse qōnem aliquam proponere incepisset. Illa quæ in hoc libro dicere ꝓpono: uolo q̄ sic intelligant in oībus salua ueritate: reuerentia & honore ecclesiæ romanæ sacrosanctæ'. Cuius correctiōi hæc & omnia alia mea dicta submitto.

¶Capitulū primū. Q̄ nullo ꝓma

QVeritur utrum theologia sit scientia proprie. Ray. rñdit dicēs: q̄ theologia est sciētia duobus modis. s. appropriate & ꝓprie. Apropriate ꝑm fidem a deo datam: ut catholicus per fidē credat articulos fidei: & sacrā scripturam quæ per argumēta nō intelligit: & est sciētia appropriata: quia nō est proprium intellectui credere: sed intelligere. Sed credere sibi est appropriatū per supremum obiectū: ut per fidem illam ueritatem attingere possit quā demōstratiue attingere nō potest propter aliquod impedimentum quod habet ratione subiecti aut materie. Et sicut obiectum sensibile in imaginatione restauratur in absentia sentiēdi. Sic & multo melius quādo intellectus non est discursiuus per necessarias rationes circa ueritatem articulorum fidei) sicut ītellectus mechanici aut alicuius alterius qui stat ad positiones tantū. Restauratur ueritas articulorum incredulitatem intellectus qui ipsos credit. Et huiusmodi restauratione multum ēdiget intellectus cum omnes homines dispositi non sint ad inuestigandū ueritatem articulorum fidei: & sacre scripture per necessariās rōnes sicut mulieres faber rusticus: & sic de cōsimilibus. Quod theologia sit scientia proprie ostendo sic propriū est intellectui ītelligere: ut dictum est; sicut est propriū: & multo magis igni calefacere: & oculis uidere: unde cū deus subiectum sit theologiæ: & ipse sit intelligibilis cū magnitudine sue intelligibilitatis sequit: q̄ ītellectus creatus cōiunctus: & etiam separatus cū magnitudine intellectiuitatis dispositus sit ad intelligendū deum. Hanc aūt dispositionem intellectus coniunctus habere nō posset si theologia nō esset scientia proprie. Cum proprium dicat plus de magnitudine potestatis uirtutis ueritatis perfectiōis &c. q̄ appropriatum: & hoc naturaliter. Est ergo significatū: q̄ theologia est scientia proprie alioquin diuinæ intellectibilitati esset iniuriatū inq̄tum intellectus humanus trinitatem diuinam & cætera intelligere nō posset ꝑm magnitudinem obiecti: & ꝑm magnitudinem ipsius intellectus: & sic deficerēt diuina bonitas magnitudo æternitas potestas & cætera: a parte obiecti supremi: & a parte ipsius itellectus quod est impossibile cum deus sit summe bonus summe magnus & cætera. Sic se cōmunicat intellectui ab ipso creato ꝑm q̄ intellectus recipere potest ab ipso similitudines & perfectiones. Et quia per diuinam magnitudinem recipere potest magnitudinem: potest per ipsam: & diuinam sapientiā

(c) 2006 Ministerio de Cultura

recipere magnam intellectiuitatem ſicut per diuinam bonitatem; & uolunta tem recipere põt bonam amabilitatẽ:& ſic de magna ptãte uirtute &c.talem aũt receptionem intellectus recipere nõ poſſet ſi theologia nõ eſſet ſcĩa proprie ergo: & cætera. Itẽm manifeſtũ eſt ꝙ intellectus cõiunctus de ſua natura uti põt inferiorib⁹:utpote dũ intelligit:ꝙ triãgulus habet tres;& ꝙ homo & aſinus nõ ſunt eiuſdẽ ſpeciei:& ſic de ſimilibus. Vnde ſi intelligit ꝓpria obiecta ad quæ intelligendũ principaliter creatus nõ eſt:q̃to magis uti poteſt proprie de ſua natura ad intelligendũ ſupremum obiectũ ad quod creatus ẽ principaliter. Alioquin obiectũ minus ſibi principale eſſet ſibi magis apperibile q̃ obiectum ſunm magis principale quod eſt impoſſibile. Et idem eſſet ſuomodo de uoluntate cui theologia non eſſet propriũ obiectum ad amandum. Et ſic de memoria ad recolendũ quod eſt ualde inſ~~ns~~:ergo & cætera. Ait Heremita. Ray. ratio quare theologia nõ eſt ſcientia proprie:eſt quia ſuum ſubiectum non eſt demonſtrabile, i. ꝙ deus ſit unus & trinus & incarnarus:& ſic de aliis ad fidem pertinẽtibus cum ſcientia non ſit: niſi de hoc quod ſit intellectui demonſtrabile ſine aliquo dubio. Et rõ quare articuli demonſtrari nõ poſſunt eſt:quia omnis demõſtratio fit per cauſam. Et quia beata dei trinitas aliquid ſupra ſe non habet nõ poteſt demõſtrari per cauſam;ꝙ de neceſſitate ipſa trinitas ſit;& ſic de uolũtate diuina quæ uoluit:ꝙ filius dei eſſet incarnatus:ĩmo dico tibi ꝙ ſi articuli fidei eſſent demonſtrabiles plura ſequerentur incõuenientia. Primũ humanus intellectus ~~qui~~ cõprehẽderet trinitatemq̃ eſt impoſſibile uidelicet ~~quod~~ finitum comprehẽdat infinitũ. Etiã ſi articuli poſſent probari fides admitteretur. Inquantũ per credere nõ haberemus meritum quod eſſet cõtra diuinam iuſticiam:& per cõſequens contra ſuam bonitatem magnitudinem & cætera quod eſt impoſſibile. Ait Ray. Heremita intellectus duobus modis attingit obiectũ ſuum ſubito: ſcilicet & ſucceſſiue. Subito quãdo attingit ꝙ omnis triãgulus habet tres, Et hoc:quia per ſenſitiuum & imaginatiuum certificatus eſt. Et per hunc modũ uel per cõſimilem non dico ꝙ trinitas ſit demonſtrabilis cum ipſa ſenſibilis non ſit neq̃ imaginabilis. Sed ſm modum diſcurſiuum quẽ habet intellectus in attingendo eſt ipſa trinitas demonſtrabilis non propter quid ſed per æquiparantiam. Sicut intellectus qui cõſiderat diuinam ſapientiam eſſe magnam infinite: & æternaliter: & ſic per cõſequens de diuina poteſtate: & de aliis dei attributis. Et quia diuina poteſtas & ſapientia æquiparentur in magnitudine: & æternitate ſequitur de neceſſitate ꝙ ſicut in deo ſunt intellectiuus ĩtelligibilis & intelligere per intellectum ſue per ſapientiam ~~quod~~ ipſe ĩtellectus ſit magnus & æternus per infinitam intrinſecam operationem: & æternam. Et ꝙ diuina poteſtas ſit magna & æterna ſicut eſt diuinus ĩtellectus. Vnde ſequitur ꝙ poteſtas ĩ ſe hẽat cõſibales poſſificatiũ poſſificabile & poſſificare: ut ſit ita ĩfinita: & æterna per agere ſuũ intrinſecũ ſicut eſt per eſſe exiſtere; ut finis agẽdi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& exiſtendi ſit unus ſic in poteſtate ſicut in intellectu. Vnde ītellectus humanus ſic cōſiderans:& inueſtigans diuinam ſapientiā:& poteſtatem per æquiparātiam eſt practicus:& ſpeculatiuus demonſtratiue cū ſit impoſſibile eſſe in poteſtate poſſificatiuum poſſificabile:& poſſificare ſine productione:& ſic de diuino intellectu cū æqualis ſit in bonitate magnitudine & æternitate & cæteris cum poteſtate. Et ſic ratione productionis intellectus inueſtigatiuus diſtinctionem per productionē attingit:cum ſit impoſſibile eſſe aliquā productionem ſine diſtinctione. Et huiuſmodi diſtinctio eſt in diuina trinitate: ꝓm ꝙ approbatum eſt in aliquibus libris quos fecimus. Sicut in arbore ſcientiæ: & in libro de articulis fidei:& etiam in aliquibus aliis libris. Et diſtinctiōem antedictā intellectus fercius attingit q̄ qñ ītelligit:& triangulus habet tres. Et ratio huius eſt:quia diſtinctionem p̄dictam attingit per ratiōes dei infinitas. Sed angulos trianguli attingit per ſenſitiuum & imaginatiuū quæ ſunt finita. Et quia dicis ꝙ ſi intellectus de neceſſitate trinitatē attingeret ꝙ ipſam cōprehenderet:male dicis. Et de hoc experientiā habemus: nam ſicut quādo tu guſtas aquam maris per hoc ꝙ attingis per unam partem de aqua maris intelligis ꝙ tota aqua maris eſt ſalſa ſicut eſt illa pars quam guſtas. Et ſi totam aquam maris guſtare poſſes plus de ſalſedine ſentires quam ſentis cum in toto ſit plus q̄ in parte. Sic a ſimili licet exemplū ſit groſſum/cū de deo:& creatura æqualiter exemplificare nō poſſimus humanus intellectus de diuina trinitate attingit hoc qd ſibi ſufficit. Sed tamē hoc qd ē plus de trinitate ipſe intellectus non comprehendit. Sicut & multo minus ſine aliqua cōparatione tuus guſtus totā aquam maris nō cōprehendit. Et quando dicis ꝙ diuina uoluntas non eſt ſub aliquo alio. ut de neceſſitate uellet incarnationem filii dei uerum dicis: ſed reſpōdeo tibi per æquiparantiā ſicut dixi ſuperius de trinitate uidelicet ꝙ ſicut ſapientia dei ſciuit finem mūdi cum magnitudine quādo creauit ipſum. Sic uoluntas finem mundi dilexit cū magnitudine. Et ſic finis æqualiter remotus fuit:& abſtractus per diuinam ſapientiam:& uoluntatem a paruitate quæ eſt oppoſita magnitudini:& ſic a malicia quæ oppoſitio eſt diuinæ bonitati:& ſic de priuatiōe quæ oppoſitio eſt diuinæ æternitati: et ſic de cæteris quæ appoſita ſunt diuinarum dignitatū. Et ſic finis totius uniuerſi creati fuit in altiori gradu per diuinas dignitates æquiparanter exaltatus ꝙ non potuit plus. Et talis exaltatio ſine incarnatione fieri non potuit:et ſic fuit incarnatio filii dei q eſt finis totius uniuerſi:et ita eſt in altiori gradu ꝙ dignitates diuinæ plus non poſſunt exaltare creaturam ultra illum gradum. Et ſic in illo gradu in effectu quieſcunt. Vnde ſicut ad cōſtituēdum illum gradum omnes diuinæ dignitates æqualiter cōcurrerūt. Sic et diuina uoluntas æqualiter cum ipſis cōcurrit :et ſic incarnationem uoluit libere:ut tātum ipſam incarnationem diligeret cum magnitudine amabilitatis ſicut diuina ſapientia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſciuit cum magnitudine poſſibilitatis. Et ſic per talem modum fuit ſcā bñdicta filii dei incarnatio: æqualiter per diuinas dignitates. Et qa dicis q̄ ſi intellectus articulos per demōſtrationem attingere poſſet fides deſtrueretur male dicis: quia quanto intellectus altius intelligit ueritatem articulorum tanto maius meritum aſſequitur cum ad intelligendum ueritatem articulorū creatus ſit ſicut humana uoluntas ad diligēdum illorum ueritatem. Et ſic de memoria: ut ſupra dictum eſt. Etiam ſicut intellectus creatus eſt ad intelligendū ueritatem articulorum: ita creatus eſt ad defendendū ipſam ueritatem cōtra infidelium falſitatem. Sed hoc facere nō poſſet ſi ueritatem ipſorum articulorum ignoraret quia ignorando ipſam ignoraret errores qui ſunt circa ipſam & ſolum uoluntas hominis catholici: diligeret ueritatem: & odiret errores q̄ ſunt circa ipſam ueritatem articulorum. Et ipſa uolūtas ipſos errores deſtruere non poſſet: īmo ita eſſet inter ipſos ſicut ouis iter lupos: & ſic de memoria. Adhuc dico tibi q̄ chriſtus dominus noſter argumentando per mortē in cruce q̄ ipſe erat uerus homo. Et per conſequēs q̄ erat reſuſcitatus quādo magdalenæ apparuit. Et quando cum apoſtolis de fano mellis comedit: & quando btō Thomæ ſuū lat⁹ oñdit. Et qñ apoſtolis pñtibus ad cœlos aſcendit: & ſic de linguis diuerſis apoſtolorū: & de multis aliis miraculis q̄ fuerūt facta ad pbādū fidē: & licet ītellect⁹ articulos fidei ītelligat nō ſequit: q̄ fides deſtruatur qa ille q̄ ipſos intelligit: intēdit q̄ ſi ipſos nō intelligeret ipſos tamē crederet. Et adhuc fides inſtrumentū eſt & iumentum: ut intellectus articulos intelligat ut legitur ſi non credideritis nō intelligeris. Etiā dico tibi q̄ homo principaliter ad ſe creatus non eſt: nec per cōſequens ad habendum meritum per fidem: īmo creatus eſt principaliter ad intelligendum deum diligendum: & recolendum: & ita principaliter ad intelligendum ipſum ſicut ad credēdum quod non eſſet ſi tua uerba uera eſſent iñ̄tum dixiſti: q̄ nō eſſet bonum intelligere articulos: ut homo meritum fidei non admitteret.

¶ Capi. .II. Quemo ſecūda.

VTrum deus ſit ſubiectum theologiæ ſub aliqua ratione determinata. Solutio. Ray. dixit duobus modis ad hanc quæſtionem reſponſio eſt facienda: abſolute ſcilicet & determinate. Abſolute: ſicut quando deum cōſideramus eſſe unum ens quod eſt infinitum & æternum nullam habēs determinationem quo ad ſuam eſſentiam & naturam. Sicut conſiderare unam bonitatem in abſtracto ad aliquid non cōtractam: ſed nudam eſſe remotam ab omni alio ente: & quæ in nullū habet concretum q̄d̄lit de ſua eſſentia nec; de aliena: ſed p ſe ſit ſimpliciter exiſtēs ſcilicet ſe non hñs ad aliquē finē: uñ de tali bonitate nō pōt eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aliqua ſcientia ſub aliqua ratione determinata. Sic a ſimili eſt dicẽdũ de deo qui ſm ſuam ſimpliciſſimam unitatem exiſtentiã non poteſt eſſe ſubiectum theologiæ ſub aliqua ratione determinata: ſed ſm modum ꝓprietatũ quas deus habet in ſeipſo teneo affirmatiuam qõnis dicendo ſic. in deo exiſtentia & natura ſunt idem numero: cuius eſſentia eſt ſua deitas: & in ipſa deitate ſunt plures rationes exiſtentes. Idem numero cum ipſa & quælibet cum alia. ſicut differentia. bonitas magnitudo. æternitas. ptãs. ſapĩa. uoluntas. uirtus. ueritas & gloria. Et quia deitas eſt idem cũ ſua natura quælibet ratio ſuum actum requirit determinatũ. ſicut bonitas quæ naturalirer requirit ſuum bonificare: & magnitudo ſuum magnificare &c. cum omnis natura actum requirat & finem quare eſt: ut nõ ſit fruſtra: nec ocioſa. Sicut eſſentia quæ ſubiectũ requirit in quo exiſtere poſſit quod ſubiectum per eſſentiam habet exiſtentiam in exiſtẽdo hoc eſt unde cũ hoc qd ita ſit: ſicut elemẽtũ ſe habet ad elementandum: planta ad uegetandum: ſenſitiua ad ſentiendum: intellectiua ad intelligẽdum: leo ad leonificandum: homo ad homificandũ. ſic & multo plꝰ diuina natura ſe habet ad naturandum & deitas ad deificandum & unitas ad uniendum. unde in eſſentia dei & natura reſultãt proprietates perſonales determinatæ inquãtũ ad inuicem ſunt diſtinctæ: quæ ſunt paternitas: filiatio et ſpiratio quæ ſunt ipſa dei beata trinitas. Et ſic ratione huiuſmodi determinationis exiſtente deitate paternitate ſub una ratione et ſub alia ratione filiatione: et ſic ſuo modo de ſpiratione. exiſtit deus ſubiectum theologiæ ſub rationibus determinatis: et ſicut diximus de proprietatibus perſonalibus ſic intelligendum eſt de attributis dei. Propterea deus eſt ſubiectum theologiæ quo ad determinatum finem in hoc ꝙ eſt finis oĩum creaturarum. quas ad ſe creauit: & iſte finis plures habet branchas ſicut punctus in quo plures lineæ participant. ſ. deum recolere. intelligere et amare: et cum magnitudine bonitatis durationis poteſtatis &c. Et quia deus bonus eſt magnus &c. eſt ſubiectũ theologie ſub ratione bonificãdi. magnificãdi. guberuãdi. glorifiãdi &c. effectus ſuos ſecundum ꝙ indigẽt et meruerunt cũ theologia ſit ſcĩa ex cõſiderattionibus predictorum cõſtituta. Ait Heremita. Raymunde deus eſt ens ita generale & incompræhenſibile ꝙ intellectus coniunctus aliquid de ipſo determinate appræhendere non poteſt cum inter infinitum & finitum nulla ſit proportio: & ſi aliquid de ipſo attingeret totum deum attingeret & compræhẽderet cum ipſe ſit ſumma ſimplicitas indiuiſibilis & ſine qualitate & ſic de cæteris prædicamentis. Unde cõcluditur ꝙ tua ratio nulla eſt ꝙ negatiua quæſtionis eſt tenenda. Dixit Ray. Heremitæ. ſuppoſito ꝙ ſic eſſet de deo ſicut de bonitate quam in abſtracto conſiderauimus uerum dicis. Verumtamen male dicis ſm naturam diuinã & ſuum agere intrinſecum rationc finis: & dei attributorum: & per conſequens ſm actum extrinſecũ ut diximꝰ. Unde ꝑ hæc quæ dicta ſunt patet ſolutio obiectionis.

Capitulũ. iii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Væritur utrum frui sit actus potentiæ appetitiuæ uel cognitiuæ.

q. 3. Anteq̃ Ray. ad hanc quæstionem respõdisset ꝑm principia suæ artis considerauit de fruitione quæ est in patria & inuenit ꝙ illa fruitio est ille terminus qui est in altiori & nobiliori gradu magnitudinis, bonitatis &c. qui posset esse inter deum & btõs & hoc esse oportet ꝙ sequatur ille finis ad quẽ deus creauit uniuersum alioquin non esset in prædtõ gradu: nec deus quiescere posset cum suis rationibus in effectu suo: nec effectus in deo: neq; in suis attributis quod est impossibile. Vnde cũ sic Raymũdus considerauisset, dixit ꝙ deus est summe intelligibilis & summe amabilis cum sit intelligibilis & amabilis cum summa magnitudine bonitatis: perpetuitatis potestatis & cætera. Vnde sequitur ꝙ ꝑm huiusmodi antecedẽtia sequatur ista consequentia scilicet ꝙ frui sit actus potentiæ appetitiuæ & cognitiue ꝑ ad inuice m proportionati dispositi & ordinati ꝑm summam amabilitatem & intelligibilitatem & sic Raymundus dicit ꝙ frui est actus potentiæ appetitiuæ & cognitiue beatorum. Est etiam frui equaliter actus diuinarũ dignitatum quæ coadiuuat fruitionem potentiæ appetitiuæ & cognitiuæ influendo attrahendo & perficiendo actus earum: & sic frui dicit plus q̃ actus potentiarum ratione cuius potentiæ finem attingunt intra & extra mediãte fruitione. Ray. sic considerandõ magnitudinem fruitionis uoluit uidere modũ magnitudinis fruitionis dicens: ꝙ intellectus in hac uita & sic de uolũtate intelligit deum per speciem cum in hac uita nõ sit in illo alto gradu de quo supradictũ est sed ī intellectu beato (qui est in patria) non est species: quia si eẽt prædicta fruitio non esset in illo altiori gradu quem prædiximus. Sed in loco illius speciei summa intelligibilitas se cõmunicat intelligibilitati ītellect⁹ beati. Et quia cum ipsa intelligibilitate participat sicut simile cum suo simili facit se cum intelligibilitate creata intelligibilem: & ponit se sub intellictiuitate intellectus beati & sicut pulchrum obiectum uerũ & bonum potentiã excitat: ut ab ipsa sit appræhẽsum sic obiectum supremum excitat: & coadiuuat & etiam mouet intellectiuitatem intellectus: ut ab ipso sit intellectum sine aliquo medio extraneo. Et sic sequitur modus prædictæ fruitiõis quem inuestigauimus. Et idem modus fruitionis est suo modo de uolũtate beata. Ait Heremita Ray. ꝑm modũ quem potentiæ animæ habent in hac uita acquirẽdo beatitudinem oportet ꝙ habeant in patria: ut non mutẽt ordinem cuius mutatio esset paruitas magnitudinis bonitatis perpetuitatis potestatis &c. ratiõe cuius paruitatis nõ possẽt esse in prædicto altiori gradu fruitiõis in quo oportet ꝙ sint: ut tu dicis. Et quia prædictam ordinationem potentiarum oportet esse in patria: ut probatum est. Et appetitiua sit nobilior potentia q̃ cognitiua cum cognitiua sit instrumentum inuestigans electionem: ut uolntas suum habeat obiectum desideratum sequitur ꝙ frui sit magis actus uoluntatis q̃ intellectus, intantum ꝙ uoluntas est in altiori gradu q̃ intellectus. Ray.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dixit Here.non bene ſentis coæquatiõem magnitudinis bonitatis.duratiõis ptãtis &c.quam deus creat in potẽtiis aĩæ cũ æq̃liter ſit intelligibilis & amabilis qd non eẽt.ſi uerũ eſſet hoc qd dicis.Et ſi deus eſſet magis amabilis q̃ intelligibilis ſua magnitudo deficeret ſuæ intelligibilitati qd eſſet malũ cõtra bonũ.& eſſet parua cõtra ſeipſam & ſic de ſimilibus qd eſt impoſſibile. Itẽ aliꝺ incõueniens ſequeretur.ſ.q̃ in fruitione appetitus eẽt medũ inter diuinam intelligibilitatem:& intellectũ btũ & ſic de diuina bonitate magnitudine. æternitate . &c.rõne cuius intellectus propriã fruitionem non hẽret:ſed appropriatam.Unde ſequeret q̃ eſſet btũs & non btũs:btũs quia eſſet in patria. non btũs quia non quieſceret in ultimo fine fruitionis qd eſt ualde inconueniens & abſurdũ dicere.Et tu Heremita non bene intelligis ordinationẽ quã hñt potentiæ ſm diſpoſitionẽ huius uitæ intenſiue & extenſiue.ſicut uoluntas quæ intenſiue & ſubito ſe habet ad ſuum obiectum deſideratũ.Et intellectus extenſiue cũ ſucceſſiue ſit inquiſitiuꝰ ut ſatisfaciat electioni uolũtatis cũ ueritate uirtute & bonitate & ſibiipſi.Et ſic de intenſitate & extenſitate ſequitur æqualitas bonitatis magnitudinis &c. Verũtñ hoĩes i hac uita uti neſciũt de prædicta æqualitate quia aliqui ſtant plus ad intelligendum ueritatem & bonitatem q̃ ad diligendum & conuerſo. Queſto 4ª Cap. iiii.

Væritur utrũ ratio differẽtiæ attributorum diuinorum ſit in deo uel in intellectu creato.Solutio Ray.ait añ q̃ ad quæſtionẽ reſpõdeã.oportet me cõſiderare cõditiones dĩe eſſentiæ & naturæ ſicut eſſentia diuina eſt ſuus intellectus & ſua uoluntas. Alioquin non eẽt i ſuprema magnitudine bonitatis.æternitatis.prãtis.&c.qd eſt impoſſibile cũ ſit ſuprema in omnibus perfectionibus.Item ſi uoluntas diuina differret a ſapientia & conuerſo eſſent duæ eſſentiæ differentes:& ſapientia non eſſet p ſe q̃mans:neq; uoluntas per ſe intelligens:& ſic caderet in ipſis accidẽs.ſ.q̃ ſapientia eſſet dilecta per uoluntatem:& uoluntas ſcita per ſapientiam & non per ſe qd accidens eſt impoſſibile:& cum accidens dicat paruitatẽ magnitudinis:bonitatis:æternitatis &c. Sunt ergo idem in numero:diuina ſapientia & uoluntas:&p conſequens eaꝝ eẽntia eſt una indiuiſa. Vnde quia Ray.ĩuenit unitatem eſſentiæ:ſapientiæ:& uolũtatis ſine differentia inueſtigare uoluit ꝺ unitate naturæ dĩæ ſapĩæ & uolũtatis:&p eũdẽ mõmp quẽ ĩuenit unitatẽ eſſẽtiæ:ſapĩæ & uolũtatis:iuenit unitatẽ nature ſapiæ & uolũtatis qa ſi nã ſapiẽtiæ & uolũtatis differrent prædicta incõuenientia ſequerentur.Inuenit ergo q̃ diuina eſſentia:natura:ſapientia & uoluntas ſunt idem numero ſine differentia.& idem inuenit per prædictũ modũ inueſtigationis de unitate numeri aliarum rationum dei dum ſic Ray.~~inueſtigaret~~ affirmauit ſcilicet q̃ diuine rationes ſunt reales:& non ſunt differẽtes eſſentialiter:neq; naturaliter mĩ ratus fuit quare rationes in deo conſiderabat & numerabat ſcilicet unam bonitatem unam magnitudinem unam æternitatem &c.poſtq̃ realiter nõ ſunt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

differentes. Et sic Ray. admirat⁹ ad diuinā naturam recurrit & ipsam cum diuinis rationibus considerauit qui inuenit ꝙ natura requirit agere: ut se habeat ad aliquem finem. Sicut & multo plus anima se habet ad recolendū intelligendum & amandum. Et sic Ray. inuenit rationem quare rōnes dei sunt reales licet sint indifferentes quia sicut natura requirit agere itrinsece scilicet naturæ. Sic sua bonitas requirit bonificare & sua magnitudo magnificare & sua æternitas æternificare & sic dicit: cum sint cum ipsa natura idem numero ut probatum est: relucent ergo rationes esse reales in diuina productione intrinseca sicut pater qui ratione sapientiæ concipit uerbum naturaliter. Et ad hoc concurrunt omnes aliæ rationes cum filius sit ita bonus per bonitatem magnus per magnitudinem &c. sicut sapiens per sapientiam. Et hoc idem ē de spiritusancto ꝼm processum amoris & sic apparent rationes reales in deo. Etiam relucent per distinctionem diuinarum personarum cum qua sunt ita idem numero sicut cum essentia & natura & quælibet ipsarum cum alia. Ait Heremita Ray, tu implicas contradictionem inq̄tum dicis ꝙ in ratiōibus dei non est realis distinctio. Et dicis ꝙ naturaliter est genitus filius per sapiētiam & spiritus sanctus non: sed ꝙ per amorē est spiratus. Et quia est distinctio īter generationem & spirationem. Et generatio est per seipsā & spiratio per amorem: sequitur de necessitate ꝙ differentia sit inter sapientiam & uolūtatem & per consequens inter alias rationes, quæ sunt idem in essentia & natura cum ipsis: & quia talis contradictio stare non potest tua ratio inanis est & nulla. Ray. respondit in diuinis primus motiuus ut ita loquar incipit per naturam agendi, deo considerante cum intellectu suum posse suam bonitatem suam magnitudinem &c. Et sic intellectu diuino repræsentante deo ratiōes & perfectiones suas de⁹ ītelligit se patrem prosequens illam repræsentationem. Et est occasionatus ut ita loquar ab omnibus rationibus suis scilicet ꝙ ītellect⁹ suus sibi repræsentat & excitat naturam: ut ita loquar ut natura & suæ ratiōes in se non existant occiose: sed ut prosequātur in quo scilicet fine ītellectus habet suum officium. s. intelligere. Et uoluntas suum scilicet diligere. Et quælibet est ratio realis quo ad agere: & remanent idem numero per essentiam & naturam. Et distinctio officiorum est per distinctionem generationis & spirationis cum generatio sit per influxum intellectus & non per refluxum. spiratio autem per influxum amoris & ad hoc omnes dignitates cōmuniter concurrunt: ut possit esse distinctio inter generationem & spirationem sicut æternitas quæ conseruat essentialiter & naturaliter idētitatem numeri intellectus & uolūtatis. Et potestas infinita ponit distinctionem inter effectum intellect⁹ & uoluntatis substētātē in psona diuinis q̄ distīctio bona ē & magna &c. qa cū ipsa distīctiōe rōnes dei sūt ētia realia & hñt act⁹ suos ī agēdo ītrīsece & sic d nā dīa. uñ cū hoc ita sit ñ seq̄t ꝙ ī deo sit cōtradictio cū ī ipo nō sit distīctio ꝼm suam essentialē existentiā; sed ꝼm suā agentiā intrinsecā personarum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ℂCapi. V.

Trum potentiæ animæ.i.memoria intelligẽtia: & uolũtas sint accidentia animæ.Solutio.Anima est substantia quæ creata est recolat intelligat:& diligat deũ.Et in substãtia plus est de bonitate magnitudine durationepotestate uirtute ueritate:& perfectione q̃ in accidente:& propter hoc substantia per se existit: & agit accidens uero non:sed est eius instrumentũ:& in substantia substentatũ: & ab ipsa suas habet perfectiones. Vnde cũ deus sit summe recolibilis intelligibilis:& amabilis requirit ab anima q̃ ipm obiectet cum magnitudine bonitatis:durationis:potestatis uirtutis:& perfectionis non cũ paruitate:ut non sit contra suam summam recolibitatem intelligibilitatẽ & amabilitatem.Talem requisitionem animæ deus facere non posset si potẽtiæ animæ essent accidentia:sunt ergo memoria intellectus & uoluntas cosubstãtialia animæ:ut deus nõ præiudicet suæ summæ recolibitati &c.Præterea si memoria &cæt. essent accidentia plura incouenientia sequerent:ut sicut anima quæ nõ habet partes substantiales cum qbus ageret sicut elementatũ:quod habet partes substantiales per quas agit & generat sicut planta plantã:& unum animal aliud:& sic habet agere substantiale.Et si anima partes substantiales non haberet cũ qbus ageret substãtia corporalis q̃ minor est in bonitate magnitudine durationepotãte appetitu uirtute:ueritate:pfectione q̃ sba spũalis esset maior in agẽdo:licet sit minor in existẽdo qd̃ est ipossibile ergo &c. Ait Hæremita Ray.fm tuũ exemplũ significas q̃ una aĩa generet: & sbãficet aliam animã sicut unũ elemẽtatũ aliud qd̃ ẽ ipossibile. Rñdit Ray.Hære.nõ sequitur hoc qd̃ tu dicis licet memoria intellectus:& uolũtas sint substãtiales; & tu nõ bene scis quiditatẽ:& modũ agẽdi eaꝝ qui est signatus supra in tertia cõclusione:& etiã in libro quẽ fecimus de articulis dãnatis Parisius in cẽtesimo decimo octauo quæstione:& in cẽtesimo quinquagesimo octauo capi.Et adhuc in hoc capitulo tibi uolo declarare.Et primo de itellectu.Intellectus naturaliter in se tria habet cõsubstãtialia.s.itellectiuũ quẽ intellectũ agẽtẽ denoiamus.Et intellectũ intelligibilẽ quẽ uocamus intellectũ possibilẽ: & itelligere cõ bale p qd̃ intellectiuus:& intelligibilis intrinsece:& naturaliter pticipant.Et illã spem q̃ de sensitiuo in imaginatiuo ẽ deducta itellectiu9 iprimit i suo pprio intelligibili i quo ipsã facit itelligibilẽ cui9 itelligibilitas ẽ noua:& p cõseqns uẽit itelligere nouũ deductũ: & substẽtatũ in itelligere qd̃ ẽ itra i quo ẽ formatũ. Et sic itellectiu9 q̃ sbalis ẽ agit sbaliter & accñtaliter itra & extra:ut dcm̃ est sine pductione & generatione alicuius substãtiæ nihil de se: neq̃ de suo intelligibili proprio neq̃ de suo intelligere scindens augmẽtans uel diminuens cũ intellectus sit spiritualis & incorruptibilis: sed de elemẽtato nõ ẽ ita sicut leo q̃ habet potentiã substantialẽ generatiuã:& sic de plãta in quo.s. lone potẽtia gñatiua est gñatiuus substãtialis q̃ est ipse leo.Et habet substãtiale: & radicalẽ gñabilẽ & gñare in quo.s.generabili humidũ radicale qd̃ fluit & refluit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

potentialiter generatum est. Et illud scindit a se: & sicut semen illud ponit in leonissa quod substantiale est: & radicale: & in matrice suus generatiu⁹ in suo proprio radicali generabili cum suo proprio intrinseco generare cõuertit in sua specie humidũ nutrimentale quod. s. influitur aleonissa: & de ipo uiuit: & se extendit linea: & multiplicat sicut lumẽ in lampade de oleo. Et pirus inser tain pomerio. Ait heremita Ray. si uerum esset hoc qd̃ tu dicis intellectus cõ iunctus semper intelligeret in hoc qd̃ habet intelligere in se cõsubstantiale: & sic homo qui dormit aut ebrius est semp intelligeret qd̃ falsum est. Respõ dit Ray. heremita nõ bene intellexisti hoc qd̃ dixi cum itellectus sine fantas- mate dum est in uia intelligere nõ possit sicut oculus dũ est in tenebris sine luce, uidere nõ potest: sed sicut oculus q̃ est in tenebris dispositus est ad uidẽ- dum sic intellectus ad intelligendũ. Item Ray. dixit sicut diximus de intelle- ctu ita suo mõ est intelligendũ de uolũtate & memoria. Verũtamen de uolũ tate plus tibi dicere uolo. Si uolũtas esset accidens esset mota ab anima quæ est substantia ad uolendũ cum nullũ accñs seipsam moueat. sed mouet a sub stantia sicut agẽs q̃ suum instrm mouet ad agendũ: & sic anima anteq̃ uolũ tas suum obiectũ appeteret haberet aliũ appetitũ intrinsecũ substantialem cũ quo moueret appetitũ uolũtatis: & electio libertas: & deliberatio in uolũtate nõ essent: sed essent in appetitu intrinsece substãtiali: & sic eẽt electio: & deli- beratio circa obiectũ añq̃ esset: & uolũtas esset pura passio: & sic de intellectu & memoria qd̃ est ipossibile: & de hoc experientiã habemus in recolẽdo in- telligẽdo & diligẽdo ad placitum; ppea dico tibi Here. q̃ si memoria esset ac cidens nõ posset antiqtare: neq̃ gubernare spes quas intellectus & uoluntas in ipsa ad custodiendũ deponunt: quia sicut ens accidẽtale naturã non hẽt q̃ per se existat & sustẽtetur: ita naturã non habet q̃ p se aliquid custodiat: & an tiqtet: sicut calor ignis qui est accñs ficciratẽ quã ignis a terra recipit in se nõ substentat: neq̃ gubernat: qd̃ si faceret esset substantia: & sic calor esset sba: & accñs qd̃ est impossibile. Sed ignis in suo ignibili proprio qd̃ est in ipso substan tiale ficcitatẽ: & alia accñtia sustẽtat & gubernat: & hoc idem facit memoria suo modo de spẽbus acqsitis: probatũ est ergo q̃ potẽtie animæ sunt sbales & nõ accidẽtales. Adhuc dico tibi q̃ si potẽtie aie essent accidẽtia q̃ aĩa bea- ta plus de gloria hret in suis accidẽtibus q̃ in sua sba in participãdo cum deo recolẽdo intelligẽdo: & diligẽdo cũ suis accñtibus: & nõ cum ba. Et idẽ de anima damnata suo modo quæ penam maiorẽ haberet in suis accidentibus q̃ in sua substantia. Heremita dixit Ray. memoria intelligentia: & uoluntas sunt potentie anime. Et omnis potentia in creatis est accidens cũ potentia di cat instrumentũ agentis: sicut caliditas quæ est potentia ignis est instrumen- tum suũ: & sic tua ratio non procedit. Ray. rñdit Here. potentia duobus mo- dis considerari potest substãtialis. s. & accidentalis: potentia substãtialis est si cut potestas animæ q̃ est una de suis partibus sbalibus p quã aĩapõt eẽ substã

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tia & poteſt per ſe exiſtere & agere quæ ſi eſſẽt accidens ſubſtantia animæ poſ
ſet eſſe:& poſſet agere per accñs :& non per ſe: & ſic in accidente plus eſſet de
magnitudine bonitatis:durationis:poteſtatis &c. q̃ in ſubſtantia:& per con-
ſequens plus de entitate. & ſuba eſſet ſuba in accidente & nõ e cõuerſo quod
eſt falſum:& ipoſſibile, ergo poteſtas pars ſubalis aĩæ:& ab ipſa denominãt
memoria:intelligentia:& uoluntas potentiæ aniæ. Potentiæ uero accidenta
les deriuant a ſubſtantialibus. quia ſicut calor eſt potentia ignis accidentalis
ad calefaciẽ dũ:ſic aĩa poteſtatẽ hẽt accidentalẽ in recolendo:itelligẽdo:& di
ligẽdo hĩtus. Et ad educendũ ſpẽs innatas de potentia in actũ:& tales poten
tiæ accidentales ſunt ſimilitudines:& inſtr̃a prædictar̃ potentiar̃ ſubalium
q̃ mẽoria;itelligẽtia:&uolũtas denominãt q̃ ſignant ſp̃ i. d̃itellectu. c. vi.

VTrum p̃ genuerit filiũ de neceſſitate nature. Solutio: Ray. dixit.
Heremita deus hẽt nãm per quã nãliter ĩtelligit:& diligit ſeipſum
alioquin:ſi non hẽret nãm ſuum intelligere, & diligere eẽt accidẽ-
tale & artificiale quod eſſet malũ contra bonũ, & paruũ cõtra ma
gnum & in rẽpore contra æternũ, & ſic de ſimilibus quod eſt ĩpoſsibile. habet
ergo deus nãm de neceſſitate & per conſequens naturalẽ intellectiuum:& in
telligibilem:& uolit uũ:& uolibilẽ:ſicut habet naturalẽ intelligere:& amare
qa diuinæ rõnes ſunt idẽ numero:ut ſupra. q. iiii. probatũ eſt. Vnde ſequit q̃
ſicut deus naturale habet intelligere & amare intrinſece : ita habet intrinſe-
ce bonificare : magnificare:æternificare:poſſificare:uirtuificare:uerificare:glo
rificare:& perficere. Vnde cum deus abſolute ſit ſũmæ bonus ſũmæ magnus
æternus &c. & ſicut eſt ſũmæ intelligens:& ſũmæ amans:oportet q̃ ſuum ĩtel
ligere:& ſuum amare ſint abſoluta de neceſſitate. & ſic deus ſe intelligit & di
ligit. Verumtñ abſolute ſe bonificare non põt neq̃ ſe magnificare æternifi-
care poſſificare &c. & ſe pficere cũ ab æterno & ĩ æterno ſit pfectus ĩ bonitate
&c. qd̃ nõ eſſet :ſi ſe ſimpliciter bonificaret:& ſi magnificaret & magnitudi-
nem infinitam non haberet:neq̃ æternitatem:ſi ſe æternificaret:neq̃ infinitã
poteſtatem:ſi ſe poſſificaret:& ſic de ſimilibus. Dum ſic Ray. diſcurrebat per
ſua principia conſiderando in deo:& in diuinis rõnibus:& non fuiſſet auſus
negare quin deus abſolute ſeipſum intelligat & diligat:neq̃ fuiſſet auſus af-
firmare q̃ de abſolute ſeipſum bonificet magnificet &c. ualde erat in hui
conſiderationem perplexus:& admiratus uſq̃ diuina gratia mediãte quæ ſe
bone intentioni & uolũtati communicat ſibi fuit declaratum:& ſignificatũ
diſtinctionẽ eſſe in deo de neceſſitate. uerũtñ admiratus fuit ad huc & conſi
derauit de quibus erat:& quare erat illa diſtinctio & ſic Ray. inuenit q̃ deus
inquãtũ intelligit ſemetipſum naturaliter intelligit q̃ põt nãliter de ſe boni
ficare magnificare &c. ut habeat ita naturale bonificare magnificare &c. ſicut
intelligere:& ſic de ſe producit bonificatũ ĩfinitũ æternũ &c. qa de alia eẽntia
iſpm pducere nõ põt cũ nulla alia eſſentia niſi ſua ſit infinita: neq̃ æterna:&

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sic producens permanet imbonificabilis &c. & innascibilis. Et totus se boni-
ficat magnificat & cetera in producto ipsum producendo de tota sua bonita
te magnitudine &c. Et tunc Ray. percepit qꝫ in diuino tĩellectu quẽ cõem an
te considerauit erat unus proprius intellectus psonalis existens ille idem pro
ducens quẽ prius cõsiderauit: ut ipse sit bonificatiuus magnificatiuus &c. Et
sic Ray. habuit hoc qd̄ cõsiderabat de distinctione que est inter patrẽ & filiũ
de necessitate naturæ & pbatũ est cui⁹ perplexitas euanuit & pducẽtẽ patrẽ
appellauit: quia de se pducebat cũ oportebat qꝫ oẽ producens aliquid de sua
essentia & natura sit pater ~~de necessitate~~ & de hoc experientiã habem⁹ in plã-
tis & in aialibus. Et tũc Ray. deũ patrẽ de necessitate appræhendit, qui uerbũ
intelligendo se ipsum naturaliter cõcipit & gñat qd̄ quidẽ uerbũ filiũ appel
lamus cũ pater & filius se habeant relatiue. Et ad cuius scilicet filii gñationẽ
concurrunt naturaliter oẽs actus rationũ dei: ut filius naturaliter sit bon⁹ ma-
gnus sicut est sapiens & sic de patre. unde cũ hæc omnia Ray. uidit de necessi
tate rõnis de quæstione ante dicta tenuit affirmatiuã: ut perfectiones supradi
ctæ in deo existant in quo essent in priuatione si negatiua huius qõnis ꝼm ue
ritatẽ esset tenenda Heremita dixit Ray. ꝼm te sequit qꝫ spũssanctus sit filius
cum in prædicta generatione sit ita naturaliter amare: sicut intelligere & ĩtel
lectiuus quẽ patrẽ appellas & amatiuus uolens filiũ gñare quia si nollet ipm
generare non gñaret: & quia spiritussanctus est per amorẽ & est intellectus p
patrem & sic ~~spiritussanctus ẽ~~ genitus: sicut filius. Et quia hoc est contra fidẽ
scilicet qꝫ spirictussanct⁹ sit filius: & cum fides catholica sit de rebus ueris con
cluditur qꝫ tua ratio sit falsa & nulla & qꝫ questionis negatiua sit tenẽda: ~~sigit~~
Ray. respondit dicens qꝫ amor patris est infinitus in magnitudine bonitatis
æternitatis potestatis &c. unde sequitur ratione talis magnitudinis qꝫ pater
tribus modis diligat sine quibus suus amor in prædicta magnitudine nõ eẽt
unus modus est cõmunis: alius est proprius ꝼm 'gñatiouem alius pprius ꝼm
spirationem primus modus est sicut pater qui cõiter se diligit per essentiã &
naturam & per suam bonitatem magnitudinem &c. Et sic de sua unitate. Et
talem modum cõmunem habent filius & spiritussanctus sicut omnes tres ha
bent unam cõmunem essentiam & naturam & sic de una cõmuni bonitate
magnitudine &c. secundus modus consistit in hoc qꝫ pater diligit filium na-
turaliter generare quia si non ita ipsum non generaret cõtra suum uelle. Et
tale diligere est proprium patris ratione cuius proprie & simpliciter diligit fi
lium generare de seipso & de toto quod habet & sic suus appetitus naturalis
consistit in quo se respondent naturaliter omnes actus diuinarum rõnum si
cut bonitas quæ requirit naturale bonificare & magnitudo naturale magni
ficare & sic de aliis. Vnde sequitur qꝫ appetitus prædictus sit diffusus per oẽs
rationes: ut sic per ipsum habeant appetitum ad generationem filii: sicut ha-
bent instinctum (ut ita loquar) per intellectum ad eandem generationem-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et ſic magnitudo ſufficit de ſeipſa Et de bonitate æternitate &c. ipſi⁹ appetit⁹ actu exiſtentis æterni & infiniti. Tertius modus quẽ pater hẽt in diligendo ẽ p reflexionem amãdi diligendo filiũ rõne bonitatis magnitudinis &c. filii & ſui ipſius inq̃tum eſt bonus &c. p gñationẽ. Et ĩ hoc tertio mõ pticipat filiꝰ cũ Patre diligẽdo patrẽ & ſeipſum cũ toto hoc qd hẽt a pte & ſic magnitudo ſufficit. Et ſequitur alia ut ſequatur ſpiratio per amorem nõ per naturã. Et talis amor ẽ contemplatio & debita ratio ſm q̃p in bonis moralib⁹ ſignatum eſt per iuſticiam & charitatẽ. Et p talem modum amoris tua ratio ẽ ſoluta ſiue queſtio: aliter diuina magnitudo non eſſet ſufficiens de ſe: neq̃ de aliis rõnibus diuino amori.

Q⁰ 7ª

Trum potẽtia generandi in diuinis dicat quid uel ad aliquid. Solutio. heremita dixit Ray⁹. ſi potentia generandi diceret quid eſſet abſoluta ſimpliciter p generationẽ: & non ſe haberet ad aliqd quo ad filium & hoc quia filius ſe bonificare non poſſet neq̃ magnificare ĩ diligẽdo patrẽ & ſic filio deficeret magnitudo bonitatis æternitatis ptãtis &c. in hoc q̃ non hẽret ppriũ actũ agendi in diligendo pr̃em & ſe ipſum neq̃ ſuam uolũtatẽ magnitudinem &c. Et ſic filio oẽs diuine dignitates ſuos actus admitterẽt & eſſent occioſe ĩq̃tũ filius cum ipſis nõ ageret qd eſt falſũ & ĩpoſſibile cũ oporteat q̃p filius ſit ita bonus magnus &c. in agendo de bonitate &c. ſicut pater ut ſibi infinita magnitudo bonitatis &c. nõ deficiãt. filiꝰ ergo habet agere intrinſecũ deducẽdo bonificare magnificare &c ĩ ſuo amore ut ſit bonum: magnum &c. ĩ diligẽdo patrẽ & ſeipm. Et ſic pater rõne iuſtciæ & charitatis tenetur filium diligere ita plene & pfecte ſicut filius diligit ipm & ſic amor patris & filii deductus p oẽs actus diuinarum rationũ eſt unus in quo cõſiſtit potẽtia ſpiratiua: & paſſiua ſpirabilitas ex q̃bus eſt ſpirare de quo orit̃ pſona ſpũſſancti. Et oportet q̃p iſta tertia pſona ſit in diuinis iter patrẽ & filiũ de neceſſitate ut amor ipſoꝝ non ſit accidens ſed ſubſtantia neq̃ filius ociouſus neq̃ pater erga filium iniuſtus ueq̃ ecõuerſo ſequitur ergo q̃p ita bñ & pfecte cõpetit diuine paternitati q̃p ſe habeat ad ſpirationem ſicut ſe hẽt ad generationem. Et ſic heremita reſpodeo ad queſtionem q̃p potentia generandi dicat ad aliquid & non quid. Heremita ait q̃cquid eſt in deo uel eſt ppriũ uel cõe. ppriũ ſicut paternitas filiatio & paſſiua ſpiratio. Cõmune ſicut eſſẽtia natura bõitas magnitndo æternitas prãs &c. Et quia tu dicis q̃p potentia generandi non dicit qd ſed ad aliquid implicãs cõtradictionẽ ſm q̃p potẽtia generandi q̃ eſt abſoluta (cum ſit infinita ſicut diuina bonitas &c.) eſt abſoluta ſe habet abſolute ad generationem ſicut diuinus intellectus qui eſt idẽ cũ ipſa: ſed inq̃tum tu dicis q̃p ſe habet ad ſpirationem ſicut generationem dicis q̃p non eſt abſoluta cum unus ſit reſpectus in poſſe generandi & alius ĩ poſſe ſpirandi cum ſit diſtinctio inter gñare & ſpirare. Et quia contradictio ſtare non poteſt tua ratio nihil ualet. Ray. rñdit heremita concedo tibi q̃p

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quicquid est in deo proprium uel cõmune distinguendũ est tamen inter pro prium:& proprium. et cõe:& cõe. inter propriũm & proprium:sicut inter paternitatem & filiationem et proprietatem spiratiuam quæ est proprta patri et filio. inter cõe et cõe sicut inter pprietatẽ spiratiuã quæ est cõis patri et filio et essentiam bonitatem et c. quæ ~~est cõis~~ oĩbus tribus personis unde cũ hoc ita sit potentia generandi absolutè se habet inquantum constituit unam cõem proprietatem spiratiuam inter patrem et filium. Et proprie inquantũ illa cõis spiratio cõpetit soli patri et filio. Et in hoc stat potẽtia cõmnnis et respectiua in predicta generatione inquantum per unum modum potentia est proprietas paternalis. Et per alium filialis. Et ipsa remanet una cõis indiuisa cum pater sit ipsa generando filium de toto seipso et filius genitus de tota ipsa potentia. Et idem sequit suomõ de spiratione passiua quã sanctum spiritum appellamus qui est de patre & filio. Ad quam potentiam se habet ita proprie & cõiter fm rationem passiuæ spirationis: sicut se habet ad actiuam spirationem suomodo. Est ergo potentia in beatiss. ma trinitate fm quid & fm ad aliquid ut probatum est.

Cap. viii.

tarius qui cum igne habent concordantiam & sunt contra cācrum & scorpio nem & piscem per aquam. Et taurus uirgo & capricornus qui sunt contra gemini libram & aquarium per terram & per aerem. Et qm̄ per prædictas cōcordantias & contrarietates naturaliter circularis motus & rectus cōsistit: cessante motu circulari oportet ꝙ cesset motus rectus cū motus circularis sit cā motus recti. sicut sol qui recte attrahit uapores a terra & plātas ad motū augmētatiōis. Et luna quæ in absentia solis attrahit uapores humidos & frigidos: & per eandem rectam lineam ipsos ad terram refluit. Et sicut iupiter qui rectas lineas facit generando uentum per aerē. & aries per ignem. Et ideo Here. cessante motu recto oportet ꝙ cesset actio & passio elemētorū cū sine motu agere non possint: neq; pati. Itē rōne motus circularis corporū cœlestium renouantur actio & passio per corruptionē & gn̄ationē in corporibus elementaris: sicut ignis qui plus agit in pipe q̄ aqua. & remoto iuuamine ueneris & lunæ aqua cōtra ignē agere nō posset: neq; aer contra terram remoto iuuamine iouis. & ideo cessante motu corporū cœlestium oporteret de necessitate ꝙ piper in instanti: & sine successione esset corruptum: aut quod esset incorruptibile & quodlibet istorū naturaliter est īpossibile. cōcluditur ergo ꝙ affirmatio. q. est tenenda. & suppositō ꝙ negatio sit tenēda sequeretur ꝙ natura posset pati uacuum quod est īpossibile cuius rō est: quia si cessaret motus corporum cœlestiū oīa iuuamenta quæ faciunt corporibus inferioribus essent superflua cū sine iuuamine eorū agere & pati possent. & illa superfluitas esset naturæ uacuitas. cōcludit ergo ꝙ cessatio motus corporū cœlestiū sit cā sufficiēs ꝙ elementa non agant: neq; patiātur ad inuicē excludo tñ eleméta quæ sunt in inferno quæ post diem iudicii agent in corporibus dānatorū. & ad inuicē patientur mediāte iustitia dei & illa actio & passio erit supra cursum naturæ. Ait Here. elementa non dependent a corporibus cœlestibus qūo ad eorū eē cum una sit materia eorū & alia si materia quintæ essentiæ & quia propriū nō destruitur per appropriatū non sequitur ꝙ cessante motū corporū superiorū cesset motus elementorū. & maxime cum proprium sit igni aerem calefacere & aeri aquā humefacere. & aquæ terrā frigefacere. & terræ ignē desiccare possunt. ergo rōne taliū proprietatū elementa agere & pati ad inuicem sine iuuaméto corporū supracœlestiū. & hoc in seipsis & in elemētatis. Ray. rñdit probatū est in. lxvi. q. ꝙ una est materia omniū entiū corporaliū. & iō per unam materiā copulantur & participant corpora cœlestia & elementa. Et est una linea gn̄alis continua subiectū motus gn̄alis subst̄ēta in prima materia & in forma ipsius quæ linea esset fracta & diuisa in q̄titate discreta si cessante motu corporum cœlestium esset motus elementorum. & per consequens esset diuisa prima materia & sua generalis forma in quantitate discreta quod est īpossibile quia sequeretur contradictio scilicet ꝙ una esset cōmunis materia & nō una sed plures. & sic de forma. & quando dicis ꝙ appropriatum non destruit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

proprium uerum dicis ſm eſſentiam non quo ad operationem.ſicut intellectus qui intelligere ,nõ poſſet ī ſuo proprio intelligibili.appropriato & remoto per eſſentiam.& ſicut ignis qui in aere agere nõ poſſet de ſuo calore niſi terra ſibi appropriaret ſiccitatem cum qua aerem conſtringeret ad recipiendũ calorem.& ſic de conſimilibus.ideo tua rõ non ꝓcedit. ¶Cap. cxxxvi.

u Trum beatitudo eſſentialis augmentetur intenſiue in beatis per reſumptionem corpoꝝ.So.manifeſtum eſt.qꝺ hõ beatus reqrit plus de præmio q̃ anima eius cũ hõ plus dicat q̃ ſua anima tm̃.qm̃ hõ ẽ totum & ſua anima eſt pars.Et homo in uia mediante gratia dei acquiſiuit præmiũ & beatitudinem cum ſua anima & ſuo corpore non anima tm̃.ẽt hõ eſt perſona anima nõ:ut ſupra probatũ eſt.q~~.lxxxvii.~~ unde ſequitur qꝺ beatitudo eſſentialis augmentetur intenſiue in beatis per reſumptionẽ corporum.Alioquin beatitudo magis intenſiue poſſet eſſe in parte q̃ in toto.& in una parte q̃ in duabus & in ſubiecto quod non ſufficit qꝺ per ſe ſit ſuppoſitum q̃ ī ſubiecto quod in ſe ſufficit eſſe ſuppoſitum.ī.hõ quod eſt impoſſibile.concluditur ergo qꝺ beatitudo eſſentialis augmentetur intẽſiue in beatis per reſumptionem corporum.Item beati qui ſunt in patria xp̃m dn̄m deum noſtrum per ſenſum nõ attingũt cum ſuum corpus ſit in attingibile ſine ſenſibus qui in animabus ſeparatis non ſunt.Et ſic animæ ſanctorum deficiũt de intenſa beatitudine corporali quam ſancti habebunt poſt reſumptionem corporum in uidendo & audiendo chriſtum ,& in loquendo cũ ipſo.Item beati ſeparati ſine corporibus ſuis nõ poſſunt ſatiſfacere aliis corporibus totius uniuerſi quæ ſunt corpora cœleſtia & elementata:ut mediantibus beatis ſuum finem attingant in domino noſtro ieſu chriſto:& ratio huius eſt quia beati nõ habent cum quo corpus chriſti attingant quod cũ omnibus corporibus uniuerſi in natura participat ratione cuius participationis eſt finis omnium corporum.et naturaliter omnia corpora ipſum appetunt:ut in ipſo quieſcant.Et ratio huius eſt quia cum deitate eſt coniunctum per incarnationem quã probauimus.q.c.et ad ſuum ſeruitium creata ſunt et omnia corpora ſibi ſeruiũt mediantibus corporibus cum quibus animæ hominum ſunt coniunctæ domino ieſu chriſto ſeruientia corporibus hominum: qui ~~cum~~ chriſto ſeruiũt et ideo poſt reſumptionem corporum beati ſatiſfacere poſſunt omnibus corporibus uniuerſi.excludo tamen corpora damnatorum:ut in corpore domini noſtri ieſu chriſti quieſcãt.etiam in ſua anima.et in ſua natura diuina.et iõ per talem ſatiſfactionem et officium augmentabitur.tunc eſſentialiter et itẽ ſiue beatitudo in beatis.alioquin chriſtus non eſſet perfectus iudex et pfectus remunerator quod eſt impoſſibile.et contra magnitudinem bonitatis iuſtitiæ etc.concluditur ergo qꝺ affirmatio.q.eſt tenẽda.Ait Heremita.manifeſtũ eſt qꝺ corpus impedit animã qñ cũ ipſo eſt coniuncta:quia rõ neceſſitatis corporis quã habet per cibum et potũ etc.Et ẽt per delectabilia ſenſibilia nõ pꝺ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

reſt tãtum deum recolere:inteiligere:& amare: & ei ſeruire:& benedicere:nec etiam dum eſt cũ corpore coniuncta poteſt cũ deo participare ſine ſpeciebus acquiſitis quæ non ſunt de ſua eſſentia: ſed aĩa beata ſeparata fruẽdo deo per corpus impedita nõ eſt:& facie ad faciem:& ĩmediate deum attingit ſine aliqua ſpẽ acquiſita:& extranea:ut in.iii.q.dictũ eſt hoc anima beata facere non poſſet:poſt reſumptionem corporis:cum corpus ipſam ĩpediret rõne coniunctionis ſenſitiui:& imaginatiui quibus erit cõiuncta: & ꝓpter quæ erit medium inter ipſam:& deũ.ſ.ſpecies fantaſtica ſicut fuit prius dũ erat in uia cõcluditur ergo ꝙ negatio.q.eſt tenẽda. Alioquin diuina iuſtitia nõ eſſet magna ĩn bonitate &c.qd̃ eſt impoſſibile.Rñdit Ray.dicta tua ſonant: ꝙ non eſt neceſſarium eſſe futurã hominum reſurrectionẽ ĩmo:ꝙ malum eſſet ipſam eſſe quia impediret beatitudinẽ & uiſionem beatoꝝ mediãtibus coꝛporibus hominum: & quia reſurrectio eſt neceſſaria ad augmẽtandũ beatitudinem beatorum:ut ſupra probatũ eſt.impoſſibile eſtꝙ tua uerba ſint uera ĩmo oportet neceſſario:ꝙ ſit reſurrectio : ut homo qui acqſiuit, ~~primum~~ ſit remuneratus. Alioquin deus nõ remuneraret illud idẽ de numero quod gloriam acqſuit ĩmo aliud.ſ.animã quæ differt in numero:a numero hominis:& ſic deus nõ eſſet uerax iudex:nec ſua iuſtitia eſſet in magnitudine ueritatis bonitatis &c. qd̃ eſt impoſſibile:ẽt multa alia inconuenientia ſequerent:& qñ dicis.ꝙ anima eſſet impedita per corpus.Sicut eſt in uia per cibũ &c.maledicis cũ unum ſit iudicium qd̃ ſpectat ad coꝛpus glorificatum;& aliud qd̃ ſpectat ad coꝛpus nõ glorificatũ:ſed mortale:& corruptibile:& qñ dicis:ꝙ ſenſitiuum & imaginatiuum ſpeciẽ fantaſticãt implicarent male dicis: & non bñ recolis tertiã.q. &.xlvi. in quibus ſignatum eſt ꝙ animæ beatoꝝ etiã angeli deum attingunt ſine fantaſmate:& per eſſentiam;ideo rõ tua non ualet. ¶Capi. cxxxvii.

Utrum beatitudo principalius cõſiſtat in actu intellectus uel uoluntatis.So.Ray.una manus in hac uita aliã iuuat ad agẽdum:& unus pes aliũ ad ambulandũ unus oculus aliũ ad uidendũ:& ſic de ſimilibus:& de utroq; actu ſequit unus actus cõis ſicut de actu uniꝰ oculi:& alterius una cõis uiſio.hoc idem ſeqtur ſuo modo de diuerſis potẽtiis ſicut de uiſu:et auditu quæ ſe inuicẽ coadiuuant ad dandũ delectationẽ homini.ſicut ĩ illo quidet pulchrã fœminã quã multũ diligit: et audit ſua uerba q̃ ſibi multũ placẽt.Sed ad illã delectationẽ principalior ẽ actꝰ uiſus quo ad uidẽdũ:& actꝰ auditꝰ quo ad audiẽdũ. A ſimili eſt dũ ſumus in uia de ĩtellectu:& uolũtate q ſe inuicẽ iuuant:ut habeãt magnos actus ueros:& bonos ex quibꝰ reſultat una cõis delectatio.Sicut aliquis philoſophus qui attingit aliquã ueritatem nouam & naturalẽ quæ omnibus aliis fuit ignota:& in ipa multum delectatur.Et ſua delectatio adeo magna eſt ꝙ nõ diſtinguit:neq; diſtingue-re poteſt ſi magis gaudet per actũ intellectus q̃ per actum uoluntatis uel ecõuerſo.Et rõ eſt quia delectatio eſt cõmunis ſicut de cõitatibus.ſenſitiui exem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

plificatum eſt. A ſimili dico de beatitudine licet principalior ſit quo ad intelle
ctum per intelligere: & quo ad uolũtatem per diligere æqualiter reſultat una
cõmunis beatitudo: & delectatio in tantũ ꝙ beatus nõ conſiderat ſi eſt magis
beatificatus per intelligere: q̃ per diligere: & ecõuerſo. Alioquin ſi ipſe conſide
raret: ꝙ ipſe magis beatificatus eſſet per unũ actum q̃ per alium plura inconue
nientia ſeq̃rentur. Sicut in beato in quo nõ poſſet eſſe una beatitudo cõis: ſed
plures: qm̃ ubicũq; eſt maius: & minus oportet: ꝙ ibi ſit pluralitas. Et ſic in bea
to non eſſet cõmunis beatitudo ſed plures. Sed cõmunitas plus dicit q̃ ſpecifi
cum rõne magnitudinis cõcordantiæ: & æqualitatis: & unius finis priuata cõ
muni beatitudine eſſet priuata uiſio in beatis & perfecta delectario: & per con
ſequens perfecta quies. Et adhuc ꝙ potẽtiæ inferiores: ut de ſenſitiuo exempli
ficatum eſt magis eſſent diſpoſite proportionate: & ordinate: & ſic de potẽtiis
ſuperioribus dũ ſunt in uia: ut dictũ eſt: in multiplicãdo cõmunitates ꝑ æqua-
les participationes q̃ potentiæ beatorꝝ quæ cõpræhẽſores ſunt: & in patria in
cõſpectu dei: quod eſt impoſſibile. Itẽ ſapientia dei: ita eſt intelligibilis cũ ma-
gnitudine bonitatis: & ueritatis: ꝙ magis intelligibilis nõ poteſt eſſe cum ſua
intelligibilitas ſit infinita: & idẽ eſt de diuina uolũtate q̃ ita diligibilis eſt cum
magnitudine bonitatis: & ueritatis: ꝙ nõ poteſt eſſe plus diligibilis cũ ſua di
ligibilitas ſit infinita. unde ſequit: ꝙ diuina ſapientia tm̃ eſt intelligibilis quo
ad bonũ ſicut quo ad uerũ: & ecõuerſo. Et ſic de uoluntate dei quæ tantũ dili-
gibilis eſt quo ad uerũ ſicut quo ad bonum & ecõuerſo: & per cõſequens diui
na ſapientia tantũ eſt diligibilis ſicut intelligibilis: Et ſic de diuina uolũtate q̃
tantũ eſt intelligibilis ſicut amabilis. Et quoniã uerum eſt obiectũ intellectus:
& bonũ obiectum uoluntatis dum ſunt in uia decipit intellectus uiator inq̃tũ
ſic facit ~~indiuiduũ~~ de actibus: & obiectis potentiarꝝ quæ ſunt in patria ſicut de
illis quæ ſunt in uia: qm̃ in patria bonum: & uerꝝ æqualiter ſibi inuicem corre
ſpõdent intellectui: & uolũtati beatorꝝ: ut æqualiter correſpondeant diuinæ
intelligibilitati: & amabilitati: ut beatitudo ſit in altiori gradu diſpoſitiõis ꝑ-
portionis & ordinationis: cõcluditur. ergo ꝙ in beatitudine beatorum nõ eſt
principalior actus unius potentiæ q̃ alterius: cũ oporteat ipſos eſſe æquales: ut
probatum eſt. Ait Heremita: manifeſtũ eſt: ꝙ per actum maioris uirtutis acqri
tur maius præmiũ: q̃ per actum minoris uirtutis. Sed charitas eſt maior uirtus
q̃ ſit fides: & charitas eſt habitus uoluntatis: & fides intellectus: concluditur er
go ꝙ uoluntas maius præmiũ acquirit q̃ intellectus. unde ſequitur ꝙ in beati-
tudine principalior actus beatificandi eſt diligere q̃ intelligere. Ray. reſpondit
uerum eſt ꝙ charitas eſt nobilior habitus q̃ ſit fides: & ratio eſt reſpectu actio-
nis & paſſionis: quãdo uoluntas per charitatem habet delectationẽ in diligen
do: & intellectus paſſionẽ in credendo mortificãdo ſe in credendo ueritatem:
de deo quam intelligere non poteſt: & ideo licet eſſentiæ habituum non ſint
æquales cum actio plus dicat q̃ paſſio tantum tamẽ poteſt intellectus acquire

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re de præmio credendo articulos fidei:& dirigendo uoluntatē ad diligēdum ipſos illuminando ipſam per aliquod lumen ueritatis exiſtēs ſupra credere: & non ita altum:ſicut eſt intelligere:ſicut uoluntas acquirere poteſt per diligere & intellectū pungere ad credendum ſiue intelligendū:unde ſicut charitas acquirit per actionem intenſiue.Sic intellectus per paſſionem intenſiue & extenſiue cum ſit inueſtigaturus cōtinue:ſed uoluntas nō:quoniam non eſt de ſuo officio inquirere ſed eligere: & quoniā tantum poteſt intellectus acquirere per intenſam: & extenſam paſſionem per aliquātulum de lumine de quo diximus: ſicut uoluntas per intenſam actionem:ideo ratio tua non ualet.

¶Capitulum cxxxviii.

Utrum in uiſione beata intellectus ſit tantum paſſiuus:& idem quæritur de uoluntate.Solutio. Aer in calefaciēdo aquam actiuus eſt:& paſſiuus actiuus inquantū agit de caliditate.Sed eſt paſſiuus inq̄tum agit ſub habitu caliditatis q̄ non eſt ſibi proprius habitus:ſed appropriat⁹ per ignē: & ideo ſicut aer accipit paſſiuæ habitum caliditatis:ſic paſſiuæ agit ſub ipſo: ſicut ſeruus qui paſſiuæ agit ſub dñio dñi. A ſimili eſt de potentiis in beatitudine ſic intellectus Et ſic de uolūtate qui agit & patitur:ut in.iii. q.ſignatū eſt:quoniā tanta eſt ſua perſpicuitas in uidēdo beatiſſimam trinitatem: & modum ſm quem infinitū eſt in ipſa generare: & ſpirare cū omnibus infinitis actibus dignitatū dei.Et tanta eſt difficultas in uidēdo ſiue intelligendo diſtinctionem perſonarū:& unitatem eſſentiæ & naturæ:& omniū dignitatum:& actuū earū:q̄ intellectus uigorem habere nō poteſt per ſe:ſed deus dat & lumen gratiæ:& ueritatis ſub quo paſſiuus ad attingendū illam ſupræmam uiſionem in qua eſt actiuus:ñ ſua actio eſt ſecūdaria:& mota a ſua paſſiōe ſup poſito.q̄ in uia obiectum ſic moueat potentiā principaliter ad agendum ſicut ipſam diſponit rōne ſuæ appetibilitatis ad agendum. Alioquin ſi in patria intellectus eſſet paſſiuus ſine paſſione p̄dicta diſpoſitus non eſſet:neq̄ proportionatus & ordinatus ad attingendū ſupræmam uiſionem:nec per cōſequens haberet perfectā beatitudinem imo magis eſſet beatus in uia inq̄tum ſub habitu fidei paſſiuæ attingit ueritatē de deo ſuper ſuas uires quod eſt impoſſibile. concluditur ergo q̄ de.q. uia q̄ eſt tenenda.i.affirmatiua:& negatiua diuerſi mode tamen ut dictū eſt.Heremita ait. Tu implicas contradictionē inq̄tum dicis:q̄ intellectus beatus actiuæ & paſſiuæ attingit ſupræmā uiſionē cum actio & paſſio ſint oppoſita per actus diuerſos:& cōtrarios:ſicut pati: & agere: quoniam pati:& nō pati:quia agere:& agere:& non agere:quia pati implicant cōtradictionem quæ ſtare nō poteſt:ideo tua ratio nō ualet. Ray.reſpondit.Nō bene intellexiſti exemplū quod dedi de aere qui ſub habitu caliditatis agit paſſiuæ dico paſſiuæ inq̄tum motus eſt ad agendū ſub habitu caliditatis:& ſuum agere eſt actus habitus:ſicut uoluntas quæ agit ſub habitu charitatis:ita q̄ uel le charitatiuum nō eſt charitas cum ſit actus uoluntatis:& quia habitus: & ac-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tus nō conuertuntur ratio tua non procedit: sed procederet si habitus: & actus potentiæ cōuerterentur quorum cōuersio est impossibilis: qm̄ unum ē eēntia potētiæ: aliud eēntia actus: A simili dicit de suprema uisione quæ est coadiuuans uisionem intellectu: cuius iuuamē est actio supremæ uisionis: & in intellectu est passio cum qua intellectum mouet: & exaltat ad attingendū super uires suas cuius actinctio est actus potentiæ intellectus distinctus a suo mouente qui passiuæ ipsum mouet.

¶ Capitulum cxxxviiii.

Utrum per dotem subtiliratis sine alio miraculo corpus glorioſum possit esse simul cū non glorioso in eodem loco. So corpus glorioſum quatuor habet dotes q̄ sunt agilitas: subtilitas: claritas: & ipossibilitas. uñ sicut in hac uita corpus glorioſum has quatuor dotes sine miraculo habere non pōt: nec per cōsequēs in patria sine miraculo ipsas habere pōt: qm̄ si posset ipsas naturaliter hre posset: & per cōsequens in hac uita in subiecto corpus nō glorioſum ipsas naturaliter in potētia hre: quod est impossibile: cōcluditur ergo q̄ negatio. q. est tenenda. Itē corpus glorioſum beatæ uirginis qd̄ est in cœlo: qñ erat ī hac uita erat magis graue q̄ leue: & hoc naturaliter. unde si in cœlo est leue sine grauitate sine miraculo ē leue: & nō graue naturaliter cū quicquid sit in creatis oporteat esse ſm naturam: aut ſm miraculum: & si leue: & nō graue naturaliter oportet: q̄ grauitas aq̄ & terræ corporis glorioſi beatæ uirginis remāsisset in hac uita: & per cōsequēs sua aqua: & terra elementata a qbus grauitas separari nō potest: & sic de sua propria frigiditate: & siccitate. Vnde sequitur: q̄ corpus glorioſum beatæ uirginis non est illud in numero in cœlo: quod erat in hoc mūdo: quod est impossibile: sequit ergo q̄ miraculose: & non naturaliter grauitas corporis glorioſi beatæ uirginis sit ligata: & suus appetitus mutatus de uno centro in aliud. sicut de centro terræ ad centrū cœli empyrei. Et ideo dico q̄ sicut ē de corpore glorioſo beatæ uirginis sic erit suo modo de aliis corporibus glorioſis quæ erūt in paradiso: unde sequitur q̄ sicut corpus nō potest esse grauē sine miraculo: nec p consequens tantum subtile: q̄ possit stare in eodē loco cum alio corpore non glorioſo: priuatis in ipsis habitibus continentibus: & cōtentis quod est impossibile ſm naturam non tamen ſm actum diuinæ uoluntatis: & potestatis: quæ super naturam ad placitū agunt. Ait Heremita. Primi parentes anteq̄ peccauissent naturaliter erant īmortales: & post resurrectionem erūt etiam naturaliter īmortales. unde sequitur: q̄ sicut deus mutauit subiectū de immortalitate ad mortalitatē naturaliter sic potest sine miraculo dare subtilitatem corpori glorioſo q̄ stare possit intra aliud corpus non glorioſum: aut trāsire per ipsum sicut in corpore solis: aut in corpore lapidis sine aliqua fractiōe: & nouitate corporis solis & lapidis: ideo tua ratio nō procedit. Ray. respondit. Tuum exemplum non procedit: quia non est simile: quoniā corpus propter peccatū est naturaliter mortale: & qñ erat īmortale non naturaliter stare poterat in eodem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

loco cum alio corpore:nec in die resurrectionis erit reductū ad īmortalitatē naturaliter cum resurrectio erit ꝑm miraculum;& non ꝑm naturam.

¶Capitulum. cxl.

Utrum aīa separata cognoscat seu intelligat per species a deo influxas uel p spēs in corpe receptas:uel per spēs quas existens sepata recipiat.So.ī.iii.q.&.xlvi.&.c.xxxviii.ē signata.s.q̄ ī uisiōe dei ītellectus btūs in ꝓpria intelligibilitate dei increata:& quæ est deus attingit diuinā trinitatē & essentiā non in suo proprio intelligibili creato:& hoc sine aliqua spē antiqua uel noua:sed īmediate & facie ad faciē deo cōicante ītellectui suā essentialē intelligibilitatē:ut intellectus exaltatus sit in altiori gradu uisionis & pticip ationis dei.alioquin si inter deū & intellectū esset mediū.s.spēs antiqua uel noua:intellectus beatitudo esset diminuta & gloria in fine non esset acquisita:sed in medio in quo non esset quies quod est impossibile.Item He. intellectus beatus in suo proprio intelligibili creato sine spē intelligere non pōt naturaliter cū indigeat intellig bili de quo speciē attrahit per sensituū & imaginatiuū & ipsam intelligibilē faciat in suo proprio ītelligibili in qua spē speculet & attingat entia sensibilia & imaginabilia. Et cū qua specie recedit a corpore.Alioquin si non intelligeret per spēs antiquas quas recepit dum erat in corpore non posset intelligere hoc quod intellexit in mundo:nec deus haberet grates de bono quod sibi fecit in uia.& sicut dico de ītellectu ita de uoluntate btā & memoria.Et quia hæc oīa sunt falsa & impossibilia:cōcluditur q̄ intellectus beatus intelligit cū speciebus quas recipit dū erat in uia. Præterea intellectus beatus nō indiget habere species nouas influxas a deo cum ei sufficiant suæ species concreate deducte de potentia in actu cū sit sibi naturale intelligere cum suis speciebus sibi coessentialibus nō q̄ intelligat cum speciebus nouis.Et quia deus perfecte dat species in subiecto concreatas conclu-ditur q̄ inte llectus postq̄ est separatus intelligit cum suis speciebus cōcreatis non cum speciebus nouis a deo influxis.q̄m nō indiget ipsis cū sibi sufficiāt ille quas in sui creatione a deo recepit:neq̄ deꝰ aliq̄d superfluū dat:neq̄ natura recipit. Ait Here.Inter hanc uitam & aliam est magna differētia & ipsa differentia est in pluribus magnis modis.Et ideo quando intellectus transmutatus est de hac uita ad aliam oportet q̄ trāsmutatus sit in magnas & plures nouitates.Alioquin eius transmutatio non esset in magna differentia sequ' ergo q̄ sibi sint date a deo plures & magnæ species nouæ cū quibus multo melius intelligat q̄ cum speciebus antiquis quas oporret in hac uita dimittere cū aliæ noue sufficiant ad sui beatitudinem.Ray.rñdit. Her.concedo q̄ magna est intellectus transmutatio de hac uita ad aliam.& per cōsequens magna nouitas & inter alias nouitates illa est maior qñ intellectus deū intelligit immediate & intelligibilitate dei & non in sua:ut supra dictum est. Et illud intelligere non est sibi naturale;sed super naturam. Est etiā alia nouitas ī intellectu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

qui intelligit in patria cum omnibus suis speciebus concreatis in tãto: qꝑ plus non potest: neqꝫ debet intelligere: hoc non facit in hac uita in qua intelligit cũ paucis speciebus: & non tantũ quantum potest: & debet intelligere. Est & alia nouitas. s. per quam intellectus intelligit in instanti sine successiõe sensibili & imaginatiui: quod nõ facit in hac uita. Et tales nouitates sibi sufficiunt: & non indiget speciebus nouis: quoniam suæ generales sibi sufficiũt: ut supra probatum est: sequitur ergo: qꝑ tua ratio non ualet: sed mea est permanens.

finiuit Raymũdg verba sua, laudando deũ et benedicẽdo protestando dixit q̃ si quid forte cõtra fidẽ sãctã catholicã dixerit, nõ illud in ecclesia R. sacrosancte. post modũ dixit q̃ remitte si cõtra tuã sũ mitte, adhuc nõ bñ me habitum in assertua q̃ bene dicas de quæstib; tuis rationibg volo cõsentire, qm̃ habitg nõ ẽ amabilis nec laudabilis. Veruntamẽ dico q̃ meũ intellectũ militer interse comeatũ accepernt, et bng aliũ reperit bt prose custodia Raymũdg hunc librũ comẽdauit, quẽ finiuit sumptionis beatæ Mariæ. Attrabatẽsis qui sequuntur.

IN christo domino nostro deo: & beata uirginæ matræ eius dilectissimo suo magistro Thomæ attrabatensi. Raymundus Iulii suus devotus salutem: & dei amorem. Vidi dñe litteras uestras in quib⁹ continebatur: q̃ solluerem uobis aliquas quæstiones quas cũ recepi erã occupatus per unũ nouum librum de geometria quem faciebam: postmodũ fui occupatus per unũ alium librum principiorum theologiæ quo finito incepi istum tractatum. Vnde rogo uos: q̃ nõ habeatis pro malo: qꝑ tantũ tardaui. Noueritis domine: qꝑ in aliquibus quæstionibus rñdeo uobis per principia artis explicite: ut magis aperiam uobis praticã artis generalis applicando terminos artis ad qõnes: sed forte aliq quæ nesciunt artem nõ intelligent quare placeat uobis sicut ego laboro pro bono publico: ut scitis uos laborare pro ipso: & qꝑ tali modo ponatis illas quæstiones: q̃ nõ possint intelligi per illos qui nesciunt artẽ: & hoc bonũ erit: qm̃ quæstiones ualde bonæ sunt. ¶ Qõ prima. ¶ Cum xp̃s fuerit unum suppositũ quæro quæ fuit forma illius cũ sit ex duabus naturis. s. diuina & humana. So. ad istam qõnem oportet sic cõsiderare: sicut ecclesia tenet: & dico: qꝑ xp̃s factus est hõ: de natura humana in diuino suppposito: ita qꝑ humanitas in xp̃o nõ dat esse humanum. hoc est non facit hominem; sed suppositum diuinũ de natura humana facit hominẽ faciendo se hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

minem per humanitatem ex qua est homo: & ideo in illo supposito diuinitas siue filius dei est forma antiqua: & æterna q̄ deus ē: & ipsa forma informat hominem de humanitate iformādo se hominē: & dico: q̄ una est forma in xp̄o: & ~~alia~~ est diuina natura quæ cū dei filio conuertitur cum sint idē nūmero. Verūtamen: ut natura humana xp̄i non sit de minori conditione q̄ alioꝝ hominum forma humanitatis remanet realiter in illo supposito: sed passiuæ sub forma diuina possessa ſm tertiam spēm regulæ de.d. uerūtamen si in aliquo ego erraui in ista qōne: uel in aliis de deo peto correctionē a doctoribus sanctæ ecclesiæ romanæ.

¶ Quæstio secunda.

¶ Vtrum deus puniat aliquos in hoc mūdo pro delictis suis. Sol. dictum ē in regula de.c. q̄ ens ~~in se~~ cōsiderabile est in se: & in alio hoc est quid est in se: & quid est in alio: & deus est ens qđ in se est iustū ab æterno: & in æternū: & per consequens in suo effectu ubicunq̄ effectus sit: & in oī tpe. uñ concludit: q̄ in hoc mūdo deus puniat peccatorē pro delictis suis: uerūtñ distinguendū est rōne subiecti: qđ distinctū est per rationatiuum: & sensitiuum: quoniam qñq̄ punit peccatorem quo ad sensitiuū: qñq̄ quo ad rationatiuū ex quibus peccator cōstitutus est in affligēdo corpus p infirmitates ēt per illa quæ ei sint pertinētia: & animā per tristitiā: & per ea q̄ ei pertinēt: sed talis punitio homini nō apparet ~~ei~~ aliquos peccatores qui in hoc mūdo aliqđ bonum faciūt remunerat ægros in hoc: & punit ipos in alio si morianť in peccato mortali. ¶ Qō. iii.

¶ Vtrꝝ deus ad p̄ces proboꝝ aliqd ~~mutet~~ mutet de futuris ab ipso p̄fitis: qa legiť in sancta scriptura: q̄ deus p ~~ysayam~~ pphetam mandauit ezechie. regi hæc uerba: dispōne domui tuæ morieris tu & nō uiues: & pp regis oōnem: & fletū legitur deus ipm regem a morbo sanasse. So. ſm regulā de.c. hoc qđ diuina sapientia attingit in creatis est æternum: & imutabile ſm hoc: q̄ deus habet in se ~~ſm q̄~~ hoc: q̄ ens creatū habet in se est in tpe: & uariabile: & ideo: quia inter deum: & hominē iustū est magna cōcordantia: ut figuratū est p diffinitionē mediū: deus refluit homini iusto finē p̄fatum in respectu subiecti: q̄ uariabile est: qm̄ sicut radius solis facit in camera figurā quadratā si fœnestra per quam intrat est quadrata aut circularis: si circularis est fœnestra: & si triāgularis: ita a similī deus ſm q̄ habet uicinitatē per orationē cum hoīe iusto ifluit: & refluit ei respectu dispōnis subiecti. uñ pp hoc teneo de q̄stione affirmatiua: & non sequitur. q̄ deus sit uariabilis in se: sed hoc qđ recipitur ab ipso in hac uita est uariabile: cū subiectū sit in motu. & in successione temporis. ¶ Quæstio. iiii.

¶ Vtrū oē ens sit similitudo dei sicut minoritas q̄ est subālis & contrarietas q̄ est accidētalis: & si dicaſ: q̄ sic inq̄tam sunt entia: quæro utrū inquātū talia entia: & si dicaſ: q̄ nō: quæro qualiter habuerūt esse cū dissimilitudo dei: & non ens habeāt cōcordantiā. So. deus creauit mundū propter maioritatem finis: & hoc pp magnitudinē suæ bonitatis infinitatis: & sic de aliis suis attributis: maior aūt finis est: ut sit ab angelis: & hoībus recolitus: & itellectus: & dilectus cū

(c) 2006 Ministerio de Cultura

maioritate finis: & ideo respectu talis dispositiõis suæ recolibilitatis intelligibi
litatis: & amabilitatis: respectu ẽt recolitiuitatis: ītellectiuitatis: & amatiuitatis:
angelo; & hominũ creauit deus entia sibi similia: sicut bonitates magnitudi-
nes durationes ptãtes &c. entiũ corporaliũ & spiritualiũ: & creauit ẽt sibi dissi
milia bona. s. minoritates: cõtrarietates: naturales: & sic de aliis entiũ corpora-
lium: & hoc: ut per similia: & dissimilia posset melius ab angelis: & hominib9
recoli intelligi & amari: & sic de suis dignitatibus q̃ multo melius p̃nt recoli
intelligi & amari cũ similibus: & dissimilibus: q̃ cum similibus tm̃ peccatũ au-
tem nõ creauit cũ sit malum: & deus sine bonitate q̃ opposita est peccato age-
re uel creare aliquid nõ potest cum ipse: & sua bonitas sint idẽ in numero: sed
q̃ peccatũ habuit esse in subiecto creato hic esset lõgus sermo: sed ego breuia
bo q̃tum potero: dicit in 4a regula. q̃ substãtia trãsmittit extra suam similitudi
nem. & hoc apparet in planta quæ generat aliam plãtam de suo genere: & de
seipsa: & sic de aliis generabilibus: & hoc idẽ est de accidẽtibus. sicut ignis qui
trãsmittit suã similitudinem s. suam caliditatem in aqua calefacta: & suũ colo
rem in camera lucefacta: & hoc per mediũ: ut signatũ est in diffinitione medii
qñ dicit. q̃ medium est subiectũ finis: & principii per influxũ: & refluxũ: & sapit
naturã utriusq̃: unde suppositio: q̃ mediũ esset cõtra suum principiũ: & suum
finem impediret influentiã principii sui: & finis: & esset cõtra naturam eorum:
& mitteret in alio genere: ita q̃ per tale mediũ nunq̃ planta posset producere
plãtã: neq̃ subiectum suã similitudinem: sed bñ posset cõtra naturam suã: &
naturã principii: & finis transmittere suã dissimilitudinẽ rõne uarietatis medii
sicut natura quæ transmittit monstruositatẽ inferioribus contra suũ finem: &
principiũ sicut. vi. digitũ in manu: & surditatẽ in puero: & sic de aliis. A simili.
& multo magis hõ causat peccatũ in semetipso cõuertere cõtra suũ principiũ:
& finem q̃ deus est: & hoc deuiando se a terminó ad quẽ creatus est: eligit aliũ
terminũ oppositũ per suã liberã uolũtatem: nõ tm̃ p liberũ arbitriũ creatũ: sed
p hoc a quo hõ dependet iq̃tũ est de nihilo pductꝰ: qm̃ pp hoc hẽt sic libertatẽ
ad causandũ pctm̃: in subiecto cũ pctm̃ sit: nihil in se sicut si deus hoc posuerit
in hoie p creationẽ hõ de se & p hoc q̃ p se hẽt reuerteret sic ad nihilũ sicut la
pis q̃ p suã põderositatẽ in aere descẽdit ad suũ cẽtrũ: ita q̃ hõ sic exñs in libe
ro arbitrio q̃ põt eligere bonũ p liberũ arbitriũ: qd̃ hẽt p se tm̃: qd̃ nõ ẽ creatũ
ad malũ: & de ista dissimilitudie dcm̃ ẽ i arbore hũanali q̃ ẽ una ps arboris scie
oñsũ ẽ: ergo quo oriũ pctm̃ i subo: & ipm q̃ ẽ tm̃ dissimile deo q̃ nullã enti
tatẽ realiter hẽt: ut nõ hẽat aliquã similitudinẽ dei: qa si hẽret iã eẽt bonũ iq̃tũ
q̃ hẽret similitudinẽ. sed ẽ tm̃ dissimile deo: q̃ magis sibi dissimile esse nõ põt:
& deus pmittit ipm peccatũ eẽ: ut inde possit cognosci p ipm recoli: & diligi:
ab ãgelis: & hoib9: qm̃ p hoc magis magna cognitio dinæ bõitatis magnitu-
dinis ptãtis: & aliorꝝ attributorꝝ hñ dei scitur: pctm̃ eẽ futurꝝ in subo creato: &
ipe creauit subiectũ cum tali mõ: q̃ inocẽs est a peccato: ut supra signatũ ẽ: & si

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non creauiſſet ſubiectum peccati.ſ.hominem aut angelum:ut peccatū nō eēt futuꝝ eſſet ligata diuina ptās & ſua uoluntas:& ſic de ſua bonitate:& de aliis ſuis attributis quod eſt impoſſibile:& contra infinitam ptātem diuinæ bonitatis uoluntatis &c.creauit ergo de⁹ angelos & homines: & ſciuit ſibi cauere a culpa peccati:& facere ſe innocentem. ¶Qō. y.

¶Quæritur qūo dicimus bonitas magnitudo &c.in deo ſunt idem numero utrū poſſemus dicere pſonalitas bonitas &c.ſunt idē numero. ſimiliter utrū bonificare magnificare & diligere:ſit idem numero & pro diligere ſpirare pſona alia a filio:& non per bonificare magnificare &c.So.in deo bonitas magnitudo &c.attributa ideo dicitur ꝙ ſunt idē numero.2ª ſi nō eſſent/eſſet bonitas magna per accñs:quia eſſet magna per magnitudinē:& non p ſe: & ſic de magnitudine quæ eſſet bona p bonitatē & non per ſe:& ſic de aliis:& qa in deo nō pōt eſſe accñs.ergo &c.Itē in deo bonitas pſonalitas:& ſic de aliis ſunt idē numero per eſſentiā:& cū pr̄ qui eſt bonitas ſit perſona:& in deo eēntia:& eſſe cōuertunt.ſic perſonalitas et pſona diuinitas et deus:itaꝙ bōificare magnificare etc.cōuertunt eſſentialiter et bonificare:eſt idē cum bonitate et magnificare cū magnitudine:et non cōuertuntur in creaturis rōne cōuerſionis bonitatis magnitudinis.et huiuſmodi.oportet recurrere ad regulā de.c.d.e.et cōſiderare ſic bonitas dei:& ſic de magnitudine:et ſic de aliis ſm primam ſpeciē regulæ de.c.et ſm ſuam diffinitionē eſt id rōne cuius bonū agit bonū:et ſm ſcdam ſpēm de.c.habet in ſe coeſſentiale et ſubſtantiale bonificabile et bonificare.et iō bonificare ſm ſcdam ſpeciē regulæ de.d.bonificante et bonificabili: et hoc in gñatione et ſpiratiōe ſm regulā de.e.ut diuina bonitas ſm tertiā ſpeciem de.c.ſit in alio:hoc eſt pater in filio:itaꝙ pater de ſua bonitate gñat filiū in bonificādo et gñando:ut filius ſit bonus:et ſit ipſamet bonitas cum ſit genitus de tota ipſa.unde ſequit ꝙ bonificare ſit de bonificāte: et bōificabili formaliter:et ꝙ rōne finis ſit pſonale.ita ꝙ ē pater et eſt filius eſſentialiter:ſed unū eſt in patre ut pater in filio ut filius:et hoc rōne relatiōis et diſtinctionis patris et filii.ſicut eſſentia diuina q̄ ſub una rōne eſt pr̄ et ſub alia ſpūſanctus/et ipſa ꝑmanente indiuiſa.Itē qñ dicit ꝙ pater nō ſpirat ſpiritūſanctū per bonificare magnificare etc.ſed per amare rñdeo d.cēdo ſic ſm nonā regulā ꝙ ſubſtantia tranſmittit extra le ſuam ſimilitudinē et conſidero diffinitionē æqualitatis.unde ſequit ꝙ pater in diligendo filiū:et filius in diligendo patrē ſpirat ſpiritūſanctū per amorē:et ad hoc cōcurrūt æqualiter oēs dignitates:ut ſpūſanctus ſit bonus per bonificare magnus per magnificare. æternus per æternare:et ſic de aliis attributis dignitatū. Alioquin nō eſſet ſpiratus perfectæ:neq; ſpirationes eſſent perfectæ;et dignitates eſſent in illa ſpiratione ocioſe qd eſt ipoſſibile.cōcluditur ergo ꝙ pater ſpirat ſpm̄ſanctū cum bonificare magnificare etc.et in ipſo ſpirare ſunt oēs actꝰ dignitatū:ita ſub rō ne amādi;ſicut in gñatione filii ſub rōne intelligendi:et diſtinctio quæ eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inter filiū et ſpm̃ ſanctū cōſiſtit in hoc: quia pater intelligēdo gn̄at filiū hoc eſt intellig ndo ſe patrē intelligit filiū genitū. ſed pater intelligendo filiū: et fi li⁹ p̄rem ſe diligūt eē unū ſpiratorē dil gēdo unū ſpiratū p amorē. Q ō. vi.

¶ Vtrū iſte rōnes per quas uos probatis deū eſſe incarnatū fuerint uere ante incarnationē dn̄i q̄ ſi non quare mō non ſunt falſe: qa anteq̄ deus eſſet incarnatus uident in deo defectum includere. So. ad reſponſionē iſtius qōnis cōſi dero ueritatem ſm̄ regulā de. c. ita q̄ anteq̄ ego, ſciuiſſem rōnes quas modo induxi erant in mente diuina ſicut modo ſunt: ſed ſm̄ me non, et anteq̄ de⁹ eſſet incarnatus iam erant rōnes intellectu diuino. ita ueré ſicut mō ſunt cū ueritas in intellectu diuino ſit p̄manēs ab æterno: et in æternū et īmutabilis et ſic ratio ueſtra non procedit.

¶ Q ō. vii.

¶ Quæſtio. quare deus non fecit oēs hoīes qui fuerunt et erunt uſq̄ in finē ſeculi ſimul et durare tm̄ quātū mundus durabit. So. ad iſtam qōnem ſoluē. dam oportet cōſiderare regulam de. e. dicēdo ſic q̄ formaliter homines ſunt de anima et corpore: et corpus eſt elementatū et corruptibile per cōtrarias q̄li tates. et gn̄abile naturaliter et ſubiectū uel obiectū corpo⁹ cœleſtiū. et ſic eſt in motu ſucceſſiue de uita ad mortē uiuit de cibo et potu. et ſic de aliis ſibi per tinentib⁹. Itē hō acq̄rit uirtutes aut uitia p̄ liber⁹ arbitriū: et oīa iſta ſūt diſpo- ſita et ordinata ſm̄ ſtatū in quo oēs homines ſunt: et unus hō ē de alio: ſicut planta de planta: et leo de leone. et ideo curſus, motus naturalis uſq̄ ad quin tam eſſentiā: et quattuor ſubſtantias mundi inferiores in uniuerſum habent ſubiectū formale et rōne finis ſunt p̄ hominē. hoc aūt non eſſent ſi oēs ho- mines qui fuerunt ſunt et erūt eſſent creati in uno nunc [illegible] natura eſſet ua- cua, qui nō eſſet gn̄atio hominū: nec ēt cibus et potus eſſent neceſſarii neq̄ ar tes liberales: nec mechanicæ: neq̄ uirtutes acquiri poſſent neq̄ homines eēnt diſpoſiti ad aliā uitā. ēt uniuerſum non eſſet exēplar hoībus ad cognoſcēdū deū et actus ſuar⁹ dignitatū. unde ſequeret q̄ deus eſſet īperfectus in p̄ducen do effectū īperfectū carentē forma et fine qd̄ eſt īpoſſibile.

¶ Q ō. viii.

¶ Vtrū oēs hoīes poſſent ſaluari ita qd̄ nullus dānaret dato qd̄ oēs ~~fuerint~~ eſſent chriſtiani: et quare ſarraceni damnātur ſi credāt ſe deū credere et quare deus tot permittit īfideles nūquid nō eſſet melius qd̄ oēs eſſent chriſtiani. So. con ſiderando medium et ſuam diffinitionem rn̄deo ſic. ſuppoſito qd̄ oēs hoīes eſſent chriſtiani et tenerent principiū mediū et finem quare ſe poſſent ſaluari. ſed illi qui dānati ſunt a medio ſaluari nō poſſūt cum ~~principium et~~ finis ſine medio haberi nō poſſ[illegible] ſarraceni autem ſaluari nō poſſunt cum ſint dam- nati per peccatū originale: et qd̄ ſit peccatū originale probauimus ~~ipſum~~ in li bro articulorum fidei. et quādo dicit q̄ melius fuiſſet nō eſſe tot īfideles: et q̄ melius eſſet: ut ōmnes fuiſſent chriſtiāi cōcedo. ſed deus permittit tot eſſe īfideles: ut fideles habeāt ſubiectum ſiue materiam ad cōuertēdum īfideles ſuſtinēdo amore dei magnos labores aduerſitates et mortem ad augumēta-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum christianitatem conuertendo infideles:qm̃ ppter hoc christiani possunt magis seipsos exaltare a deo gratiam recipere:& hoc fecerunt christus & apostoli:& alii martyres & dederũt exẽplũ:ita ſm̃ ita altũ de⁹ qđ expectat ab illis quibus eccleſiã cõmendauit.unde propter hoc dixit xp̃s beato petro.petre ſi diligis me paſce oues meas & dixit.qui uult poſt me uenire tollat crucẽ ſuã et ſequatur me.unde uidet̃ qp deus uellet qp infideles fierent xp̃iani:& ſi nõ fiãt caueant ſibi illi per quos poſſent eſſe xp̃iani & non curant:quia legitur in euãgelio:ue illi homini per quem ſcandalum ueniet. ¶Qõ. ix.

¶Quæſtio. quare peccauerunt angeli & ſi neceſſariũ fuerit eos peccare.& ſi neceſſariũ fuerit Adam peccare/qđ ſi fiat & quare dãnãtur peccatores. So.quãdo quæſtio quærit de quare recurrendum eſt ad regulã de.e.dicendo ſic ãgelus quo ad formã eſt creatura & rõne naturæ formæ non peccauerũt: quia ſi peccauiſſent rõne naturæ formæ peccauiſſent nãliter: & de⁹ eẽt principiũ peccati eorẽ cũ creauiſſet ipſos & naturã & formã quã habent eis dedit: qđ eſt impoſſibile,ſed peccauerunt rõne demationis a fine ad quem creati ſunt & non peccauerunt rõne neceſſario:ut in quarta qõne ſignatũ eſt:ſed per liberum arbitrium peccauerunt:& per ſuperbiã & per ignorãtiã gratiæ date a deo: & quia non diſpoſuerunt ſe ad accipiẽdum gratiã a deo:& ſic de primis parentibus: ſic de dæmonibus & adhuc plus:qm̃ non fuerunt obedientes deo.unde cum hoc ita ſit quid mirum:ſi peccatores damnãtur. ¶Qõ. x.

¶Quæſtio.Vtrum ſufficiat iuſticiæ dei infideles eſſe damnatos ad exercẽdũ ſuum actum uel in dæmonib⁹ uel in iſtis:& ĩ illis ſimul ita qp chriſtiani ſint ſaluati oẽs.So.rñſio huius qõnis ſignata ẽ in ſolutione.viii.qõnis ¶Qõ. xi.

¶Quæſtio.quare deus nõ fecit quod melius eſſet qp omnes infideles eſſent chriſtiani.So.rñſio ſignata eſt in ſolutione.ix.qõnis. ¶Qõ. xii.

¶Quæſtio. Vtrum chriſtian⁹ teneatur obedire mãdatis papæ cõtra cõſcientiã ſuam.So.in triangulo uiridi diſtinguit inter ſenſuale,& ſenſuale.& ſenſuale: intellectuale:& intellectuale:& intellectuale.unde dico qp ſi papa ſit hereticus & mandat non credere articulos fidei nec ſacramenta eccleſiæ chriſtian⁹ nõ tenetur obedire ei,ſed ſi papa eſt catholicus & ignoranter ſiue malitioſe præcipit aliquid contra iuſtitiam in aliquibus quæ non pertineant articulis:nec ſacramentis:tunc tenetur chriſtianus obedire papæ ſenſualiter ita qp nõ intret in eccleſia.& ſic de aliis quæ pertinent ad excõmunicationẽ:ſed in mẽte ſua non teneat ſe pro excõmunicato:quia non eſt excõmunicatus ſpiritualiter.ſi uero non eſt ſibi clarum hoc de quo habet conſcientiam tenetur omnimode obedire ſpiritualiter & ſenſualiter. ¶Qõ. xiii.

¶Quæſtio cũ dæmon ſit malus utrũ poſſit dici bonitas dæmõis eſt ens rõne cuius boni dæmõ agit bonũ deſiderãt.So.recurrendũ eſt quartã regulã & diſtinguẽdo iter primã ſpeciẽ & ſecundã.unde q̃tũ ad primã ſpẽm formaliter dæmon eſt ens bonũ cũ ſit creatura ꝓducta per diuinã bonitatẽ;& ſic rõne natu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tæ ſua bonitas eſt ens rõne cuius angelus debet facere bonũ moraliter:ut ſi/ gnatum eſt per nonã regulam in dicendo q̃ ſubſtantia traſmittit extra ſe ſuã ſimilitudinem:ſed rõne finis cum dæmon ſit angelus peruerſus:& a deo con firmatus in malitia quæ eſt oppoſitũ bonitatis ſua bonitas naturalis ligata ẽ in tantum:q̃ non poteſt eſſe ratio q̃ agat bonum cum ſubiectũ non ſit bonũ moraliter:ſed oppoſito concluditur ergo nõ poteſt dici bonitas dæmonis ẽ ens &c.& qñ dicitis q̃ debuiſſe ponere in arte doctrinã & modum ad diſtĩ- guẽdum tales ſolutiones rñdeo:& dico qđ iam feci ratione mixtionis princi piorum & regularum:ut apparet in tertia figura & quarta diſtinguendo con cordando & contrariãdo inter bonitatem:& bonitatem:magnitudinẽ & ma gnitudinem bonitatem & magnitudinẽ:& ſic de allis ita q̃ ea quæ ſunt ĩpli- cita:implicita ſunt in ea quæ explicite poſita ſunt in arte in ſoluendo quæſtio nes quæ explicite ſunt poſite in arte. ¶Qõ. xiiii.

¶Vtrum fuiſſet melius aliquem damnatum nũq̃ fuiſſe q̃ eſſe damnatum. Solutio.recurrendum eſt ad regulam de.e.dicendo qđ ratione formæ meli9 eſt damnato eſſe q̃ non eſſe:cum non eſſe non dicat aliquid.ſed forma p quã dæmon eſt eſſe ſuum eſt aliquid qđ eſt aliquid eſſentiale & diſtans a nõ eſſe: & ideo naturaliter appetit eſſe & odit nõ eſſe. Sed finaliter damnatus appetit non eſſe ratione priuationis ſui finis a quo dematus eſt etiam ratione pœne quam habet quæ ſunt contra eſſe:& ſic ratione finis damnatus appetit nõ eſſe ſciens quod nunquam attinget finem ad quem creatus eſt ĩmo ſeipſum totũ euacuatum ab illo fine:& ideo damnatus exiſtit in extimabili pœna & dolo re appetẽs p unũ mõm eſſe q̃tũ põt & p aliũ modũ nõ eſſe. ¶Qõ. xv

¶Quæſtio. Vtrum peccatum ſit aliquod ens reale & ſi ſit utrum ſit ex boni- tate magnitudine &c.Si non.quare ex nihilo ſequitur aliquid. Solutio. Re/ ſpõſio hui9 qõnis declarata ẽ.in q̃ta.q.& licet pctm̃ ſit nihil in ſe eſt tñ aliqd ſubo. qa ſi non:nõ eẽt debitatũ ſubiectũ a ſuo fine.qa nõ hẽret cũ quo . uñ cũ pctm̃ ſit aliqd in ſubiecto.ſ.in hoie oportet qđ ide ſequat aliqd.ſ.malũ pœne qđ eſt cõtra malũ culpæ. Alioqn eſſet añcedens ſine cõſequente quod eſt im- poſſibile cum ſint relatiua. ¶Qõ. xvi.

¶Qõ.utrũ ignorãtia excuſet pctm̃.So.Ad ſoluẽdũ iſtã qõnẽ recurrendũ eſt ad diffinitionẽ cõtrarietatis & ad tertiã ſpẽm tertiæ regulæ.ita qđ ſi aĩa hois occupata ſub aliquo bono fine cõſiderato et deſiderato.et rõne occupatiõis ignorat pctm̃ ſuppoſito qđ nõ ſit cõtra articulos fidei neq̃ ſacramenta eccle- ſiæ excuſat9 ẽ a pctõ mortali.Sed ſi peccator appetat aliqd malũ agere qđ nõ ſit malũ.ſ.pctm̃ ẽ ipm malũ pctm̃ in ipſo qui appetit et talis peccator nõ eſt ex cuſatus a peccato. ¶Qõ. xvii.

¶Qõ.utr̃ cõſciẽtia mea iudicãs aliqd eẽ pctm̃ qđ realiter nõ ẽ pctm̃ faciat illd cẽ pctm̃ qđ nõ ẽ pctm̃.So.Ad ſoluẽdũ iſtã qõnẽ oportet cõſiderare diffi nitiões bonitatis ſapientiæ;et uolũtatis ſm regulã tertiã et quartã.unde dico

(c) 2006 Ministerio de Cultura

q̄ peccatū non est peccatū in re qñ conscientia indicat per ignorantiam: q̄ sit peccatū hoc quod nō est peccatū. Sed similitudo illius obiecti cōsiderati p cō-
scientiā sub ratione peccati est trāsformata si per uoluntatē est electa: & deside
rata per cōsensum intellectus: & uolūtatis priuata rōne bonitatis quæ non est
ratio bona: q̄ agat bonū in illa electiōe. Sed malitia q̄ est peruersa similitudo
bonitatis: cōcluditur: ergo q̄ cōscientia inserta cū appetitu uolūtatis: & cū ele
ctione eius facit peccatū hoc quod nō est peccatū: Et de ista materia magis lar
ge tractatū est in tractatu quē fecimus de conscientia. ¶ Quæstio. xxiii.
¶ Quæstio. Vtrū deus diligat peccatorem puniendo ipm. Ad soluendū istā quæstionē oportet cōsiderare secundā regulā: & quartam dicēdo sic: diligere dei semper est bonū in bonitate: & magnū in magnitudine: æternū in æterni-
tate: peccator aūt est malus per peccatū cum sit deuiatus a suo fine: & sua boni
tas ligata & peruersa: ut in. xii q. dictū est. Vnde diuina uoluntas nō potest per
ipsam diligere peccatorē quem punit in inferno. Sed bñ potest eū diligere in
hac uita: & i purgatorio respectu finis beatitudinis æuiternæ. ¶ Quæstio. xix.
¶ Quæstio. Si papa me excōmunicet sine ratione utrū sim realiter excōmuni
catus: & damnatus. Solutio. uade ad. q. xii. in qua solutio huius quæstionis est
signata. ¶ Quæstio. xx.
¶ Quæstio. Vtrū si sim excōmunicatus me nesciente sim damnatus. Solutio.
q̄stio est soluenda ēt per quæstionē supra allegatam. ¶ Quæstio. xxi.
¶ Quæstio. Vtrum si sacerdos me absoluat a peccato cum pœnitentia quam
mihi iniungit: & ego sum in bona uoluntate satisfaciēdi: & post aliud tempus
ammittam istam uoluntatem: & non faciam illam pœnitētiam utrum sim ab
solutus. Solutio, considera diffinitionem medii durationis: & quartam regu-
lam: & tunc apparebit solutio q̄stionis: ita q̄ fracto medio frangit duratio for
mæ: & finis: & principiū nō se possent hre ad finē per lineā continuā: & destruit
ifluētia & refluētia absolutionis: uñ sequit: q̄ negatio cōnis est te. ¶ Q. xxii.
¶ Quæstio. Vtrū per leuem pœnitentiā quam sacerdos mihi iniungit si eam
faciam sim liberatus a pœna & culpa. Solutio. In ista quæstione oportet consi
derare diffinitionē æqualitatis: & distinguere inter sensuale & itellectuale: ita
q̄ si culpa est magna in anima: & pœnitentia est leuis in corpore ratiōe impro
portionis peccator nō est liberatus a culpa: nec per cōseq̄ns a pœna. Sed si cul-
pa est parua in anima: & equipollet pœnitentiæ corporis liberatus est pecca-
tor a pœna & culpa. Item si culpa est magna in anima: & pœnitentia est leuis
in corpore. Sed contritio: & dolor, & culpa æquipollet in anima ratiōe uirtu-
tis sacramenti liberatus est peccator a pœna & culpa. ¶ Quæstio. xxiii.
